Cetrũ p̃terea cognomẽto Comestorẽ predictis nõ carne s; virtute frẽz: et ipse eadez etate et tẽpestate in gallijs floruisse: vincentius gallus: affirmat: qui vtriusq; testamẽti historiã diligẽter et accurate explanauit: cuius p̃ncipiũ eẽ: Imperatorie maiestatis. Alia etiã nõ nulla edidit: sed et versus quosdã i laudẽ beate virginis marie pulcherrimos composuit.

Cuicena quoq; hispalensis medicus oĩuz clarissimus eminetissimi ingenij vir: de cuius vita nil certũ ferme habetur. his t̃pibus vniuerso orbi clarissimus bẽtur: quẽ mesue et Joar medici Aboualim vocãt: s; vulgares bythine regẽ fuisse dicũt: et ab Aueroi medico venenatũ tradũt: sed anteq̃ periret ipse illã Aueroi interfecisse: Qui cũ in oi doctrina eruditissimus esset: libz excellẽtissimũ cõposuit: In quo oẽz logicã oẽz q; naturalem phãm multis uoluminibus complecti uoluit. Methaphysicaz deinde accuratissime enucleauit: Distinctusq; ac clarius p̃ ceteris medicis post alios medicos in lingua arabica: postq̃ oĩuz medicorũ scripta vidisset medicinã oẽz in quinq; libris descripsit: i quibus se Galieni it̃pretẽ appellat. Scripsit quoq; et de ṽtribus cordis: de tyriacha: de dilunijs cãicoz etiãz libz edidit: De alchimia ad Assẽm phũz Insuper et liber quidã: qui de cholica tractat eidẽ ascribitur.

Cuerois quoq; medicus cognomẽto comentator: phũs quidẽ clarissimus: et ipse apud cordubã hispanie urbe hoc t̃pe: vt ex libro eius qui de celo tractat bẽtur floruit et multa cõposuit: et adeo excellenter in oẽs Aristotelis libros scripsit: ut cõmẽtatoris cognomẽtũ promeruerit: deinde de substantia orbis et de sectis cõposuit: Libzq; pulchz de medicina collegit atq; de Tyriacha et de dilunijs ac alia multa edidit. Cuicene. 11. medici emulus et inimicissimus fuit.

Cour eẽt medicus cognomẽto sapiens his t̃pibus fuisse et claruisse ipsemet in. 15. tractus sui: qui de Tyase ri inscribit. li. f. 2. c. 5. testatus est: atq; cum Abouali Cuicena in carceribus fuisse in eodẽ libro meminit.

Hic cum esset eruditissimus viz librum medicine noie Tasyru ad quedam regem dedit: Undeque nonnulla
filia composuit. Dicitque se vniuersam medicinam amplissimo volumine euoluiffe.

Ricardus cluniacensis monachus disertissimus vir: et ipse hac etate claruit: et quedam vt vincetius gallus
testatur composuit. et inter cetera historia multorum temporum eleganti stilo descripsit: quam multi scriptores ma
gnificiunt. Ex qua idem Vincentius in suo speculo multa excerptit.



6552

Anastasius. 4. papa natione Romanus ex patre benedicto natus sci Ruffi vilitrene diocesis ab
bas Eugenio pontifici hoc anno susceptus sedit annis. 2. men. 4. et diebus. xxiii. vir certe pie
tissimus et multe misericordie insignitus: qui cum in tota ferme europa fame et graui peste la
boraretur: clam et aperte largas pauperibus elemosynas et ex Romanam urbem prebebat. hic ita
que pontificatu adeptus mox calicem pulcherrimi operis pondo marcharum. xx. et alia quedam do
naria lateranensi ecclesie condonauit: palatium deinde peregregium apud sanctam mariam rotundam edificauit. Cuius
religiosos viros plurimum veneraretur: et privilegij aplissimis et gratis communiuit: et quoniam maxime Eulielmum
eremitarum sancti aug. fratrem olim aquitanie ducem summa deuotione complexus est: vt. j. de eo dicitur. Multa. n.
tum ad dignitatem ecclesie: tumque ad ornatum urbis facere statuerat: quod et fecisset nisi imatura morte preuentus
fuisset. Tandem via vniuersae carnis ingressus in lateranensi basilica sepulchro porfirico sepellitur.

Pap. 177.

1153

Alphonsus hispanie rex eo ipso anno quo Anastasius pontificatum iniit ab expeditione hierosolymorum redi
ens cum domum applicuisset: statim moritur: et in eius loco Sanctius natus maior subrogatur. paulo post ferdinandus
frater: qui et ipse in arabia accedens: ibidem pro christi nomine bellando interijt: Quo mortuo eius filius al
phonsus nomine successit. Nec quoniam quisque eorum regnauerit compertum habemus.

Thomas cantuariensis archiepiscopus vir quidem optimus et sanctissimus hoc anno ab Henrico anglo
rum rege martyricatur. Is enim cum iura sua et ecclesiasticas dignitates: quas sibi predictus rex et publica eius po
testas usurpauerat resarcire: et in statum pristinum reuocare anniteret post exilium danna: contumelias: atque ob
probria: postque parentum et amicorum proscriptionem et alia atque alia supplicia: tandem martyrio coronatus est
Quod quidem seclusum cum ex coniuratione henrici regis factitatum affirmaretur: ipse rex confestus se falso ac
culatum per oratorem apud Alexandrum pontificem maximum iuramento purgauit. Verum alexander
auditis et cognitis crebris ipsius beati Thomae miraculis cum in sanctorum catalogo ascriptis. Eius autem
vitam quidam Ioannes episcopus conscripsit.

Edericus primus cognomento barbarossa natione sueuus. xi. germanorum imperator hoc anno post
radum germanum suum delectus imperator impauit annis. 37. Qui creatus augustus confestus in italia
descendit. Ingressusque lombardiam verdonam urbem tunc insignem eidem non obtinerat aliis diu obsedit
quam cum tandem vi obtinuisset militibus suis in predam dedit: qua capta et spoliata celeri gressu roma
conterdit: ingressusque urbem et ex more pontifice salutato ab eodem imperator coronam apud sanctum petrum accepit. Ve
rum dum pontifex hadrianus ipsius incoronare statuisset: ne quid tumultus excitaret. Leuissime portas clau
di fecit: Ex quo populus romanus indignatione commotus: vi per hadriani pontem in vaticanum erupit: ac im
peratoris familiam inuasit: et multos vulnerauit. In quos mox ultio ab exercitu imperatoris facta est. multos enim
Romanorum aut cecidit: aut captiuauit. Sed imperator pontificis precibus delinitus confestus captiuos incolum
es dimisit. Nec ita multo post dum in germaniam rediret cremonam cisalpine gallicae civitatis obsedit: et mul
tis incursionibus afflixit et lacerauit. Abortuo deinde hadriano pontifice successori eius deus admodum aduer
sari cepit. unde et quatuor pontifices scismaticos et eum successiue creare fecit. Quorum quidem seditionibus:
et perturbationibus ecclesia romana fere collapsa est. Quibus iniurijs permotus pontifex Alexander Federi
cum ipsum: et scismaticos pontifices suos anathematis vinculo colligauit. Quam ob rem Federicus omnes ecclesie
ditionem pulso Alexandro occupauit. et cum multe eidem civitates resisterent: omnes fere cisalpinam vastauit.

1153

Sed dum in pontifice nimium exardesceret: et crudesceret: et quoniam maxime in lombardia ibi humaniter imparet Eual
nagnus anglie comes: et tunc mediolani princeps adiuuantibus socijs civitatibus eius copias ita frequen
tibus prelijs attriuit: vt cum pontifice romano libenter pacis federa inire coactus sit: et maxime quod ortho eius fi
lius a Sebastiano venetorum duce captiuus tenebatur. Has ob res imperator venetias ad Alexandrum pontificem
humiliter accessit: et ibidem deposito imperiali vestimento in ianuis basilice beati marci populo vniuerso astan
te et spectante humi se prostravit: et veniam pontifici romano suppliciter exposulauit: Quam suscepta penitentia:
et obediencia integra promissa iureiurando pace firmaverunt: Atque ita venetorum opera federicus absolutis bene
ficijs pmeruit: et ecclesie roane reconciliatus fuit. His ex ista bene et optice gestis: Federicus magno sibi exer
citu coparato per syria expeditionem suscipit. Et per vngariam iter faciens tandem constantinopolim peruenit: vbi
Isaac grecum impantem offedit: qui federici potentiam veritus traicere basiphorum hortatus est: Trasmissis ita
que copijs Federicus primo philomenam urbem de turcis accepit: ac Iconij agrum vastauit indeque cum multis
Barbaris cedes dedisset: tandem armeniam minorem totam occupauit: et in sua parte redegit: vbi deique institutus
dum aliquo rapidum annum lanadi cum inexplorato ingressus fuisset: ab aquis suffocatus: cuius funus tandem a fi
lio repertum tyrum perducitur: atque ibidem cum maximo omnium luctu sepellitur. Quo mortuo filius eius exerci
tum in antiochenum agrum perduxit: vbi et partem morbo: partemque fuga tandem consumptus est. Fuerat. n. federicus hic
magnanims largus strenuusque atque facundus ac in omnibus semper gloriosus: de cuius gestis et multa infra dicemus.

Vitalis Michael. 41. venetorum dux Dominico mauroceno duci hoc anno surrogatus ducauit annis. 17.

Ad 5

1154

De isto nil memorie dignū habemus nisi q̄cum regnasset annis. 17. ob eius imprudentiā apud palee pō-
tem anno etatis sue septuagesimo a populo obruncatus fuit: eo q̄ classē peste infectā in urbē introduxif
set. Eoq; sic mortuo corpus eius apud sanctū Zachariā sepultū fuit.

1155

Gualuagnus at anglie comes et mediolani princeps vnicus andree principis filius hoc anno patri in
regnū succedens regnavit annis. 24. Vir certe inclutus et celebri laude dignus: qui ab parētis sui equita-
te minime exorbitauit: preter hoc q̄ bellum pacis semp carius habuit: dixit enim se cursum nūq̄ acturū ni-
si si aut in hostes rueret: aut fugientes insequeret: quod bene patre mortuo ostēdit: q̄ de nibilo aliud q̄ d̄
bello gerendo meditabatur: vnde p̄cipatu inito p̄imo suo congressu in laudenses mouit: quibus supera-
tis et profligatis etiā sapiens sibi in senos plurimū lacerauit ac elemonēses pari mulcta affecit: postmo-
dum contra comenses: qui predictis ciuitatibus p̄sidia tulerāt: propanit: et eorū ciuitatē perturbauit. De
inde exercitu congregato ī Hulielmū montisserati tunc marchionē duxit: Quē casali obsidione cōcludēs
eo usq; ipsū perduxit ut p̄re fame mulos et mures ac herbe: quas pecudes non comedūt oppidanis. p̄ sum-
mis delitijs haberētur. Tandē ne fame deficeret deditiōne fecit. et eo cū oibus capto vectigale: sibi cōstituit
Contra Federicū demuz impatorē: qui eū in mediolano obsederat multotiens eū ingenti virtute dimica-
uit: atq; eius legiones sepissime profligauit. Et h̄ pro urbe conseruāda multa icōmoda et dāna atq; vulne-
ra in proprio corpore pertulerit: attamen nūq̄ animo consternatus fuit. post multas deniq; cōcērationes
et vastationes iudeis prodentibus ciuitatē imperator cū exercitu ingredit: et cūcta in direptionez data tātā
crudelitate exercuit: vt nō etati aut sexui parcere voluerit: s; oēs cecidi: et p̄ seruis habe. i mandauit. Ablate
q; mediolanensium opes et domus dirute: etiā mensa cūcta per circuitū penitus euerit: vrbeq; solo equa-
ta Federicus aratrū per circuitū duci: et sal spargi p̄cepit: bis gestis gualuagnus cū Joāne ep̄o ac multis
ex vicecomitū familia captis in germaniā ad perpetuos carceres relegant. hunc itaq; gualuagnū captum
Federicus: ut aiunt: triduo sub mēsa ad modū canis tenuit: et multis flagellis cedi fecit. perductus at̄ i ger-
maniaz et i cōpedibus cōiectus multis ānis afflictus fuit: post multos ānos Gualuagnus cōpedibus fra-
ctis custodib; interfectis i italiā cū rustico habitu venit: vbi mediolanensū ciuib; cōuocatis et in vnū
collectis adinuātibus socijs ciuitatibus ac grecoz ip̄eratore ab integro ciuitatē reposuit: ac menibus mu-
nuit: et p̄ viribus cūcta restituit. Tandē gualuagnus hic vir inuictissimus cūctis filijs eius priuatus ai do-
lore et senio granatus egritudine contraxit: atq; die quinto quo egrotare cepit vitā cū morte mutauit: qui
fuit annus dñi. 1182. Quo sine virili sobole defuncto mediolanenses p̄ senatū more populi Ro. se suaq; rexe-

Papa. 118

1156



re: ac ita per duos et 50. annos vsq; ad Turianoz tyrānidē seruātū est.

Adrianus quartus papa p̄fessione monachus: et gēte anglicus Anastasio pōtifici hoc āno suc-
cedens sedit ānis. 4. et men. x. hic cū esset egregius declamator ab Eugenio tertio in Noruegi-
am prouinciaz conuertēdā missus fuit: et illā ad christi fidē conuertit. Quī magistratu suscepto
minis ac precibus a romano populo tētatus fuit: vt liberā vr̄bis administrationē cōsulibus re-
linqueret: qd̄ se facturū cōstātissime recusauit. Quā ob eā populū indignatus cardinalē vnū
multis affecit vulneribus: vnde pontifex eos acerba et dura execratione ac interdicto persecutus est. Itidē
fecit in gulielmū sicilie regē: qui multas ecclesie occupauerat vr̄bes. Ux̄ postea pontifex eū in gratiā rece-
ptum dia errata pepereit. Hic itaq; romanā dictionē plurimū auxit: et circa lacū sancte christine: seu vultu-
num multa castella erexit: atq; munuit: et p̄dia a comitibus coemit: et radicophanū oppidū muris ac tur-
ribus inexpugnabilibus cōmuniuit. Primusq; pontificū vr̄bem veterē inhabitauit: quā etiā menibus et edi-
bus cultiorem reddidit: vbi aliq̄tū moratus Romaz reuersus est. Sed ibidez malignā consulum conuersa-
tionē odio hñs agrigianū petijt: ibiq; moriēs corpus suū romā delatū i beati petri basilica sepellitur.

655

1157

Gulielmus Rogerij regis filius h̄s apulie et Sicilie rex: hoc anno patri in regnū succedens regnavit an-
nis. 12. licz sint qui dicant. 15. Hic patre defuncto (ut erat animo ferox) mox Bencuentana suburbia capera-
nūq; ac Banchū in bernicis de ecclesia occupat: pp̄ qd̄ hadrianus pontifex eū graue Anathemate notat:
S; paulopost Gulielmus vbi intellexit Emanuelē grecoz impatorē quinq; milia libraz auri pontifici ob-
tulisse vt Gulielmū italia fugaret: mō ei tres apulie ciuitates ex federe pmitteret. Eo audito statim Guliel-
mus hic ad misericordiā pontificis recurrit: et ei oia ablata restituere opromisit: atq; vltra alia nōnulla op-
pida tradere Romanosq; rebelles subigere ac Turū qd̄ grecus obtulerat p̄soluere si eū absolueret: et in re-
gno cōfirmaret. Que res admodū pontifici placuit: verā quidā cardinales auaritia ducti id bonū impedi-
uere. Gulielmus autē indignatione cōmotus mox cū paratissimo exercitu Apuliā ingressus: copijs greco-
ruz et appuloz p̄elio superatis: oia vastare cepit. Quam obrē Appuli et Salentini cōpuli ei deditiōne fece-
re pontifex vero cardinalibus indignatus: q̄ malum consiliū dedissent: Gulielmus ad se vocatus in grati-
am recepit: et vtroq; regno eum confirmauit: adhibito prius sacramento se nil amplius deinceps molitu-
rum: qd̄ Romanaz ecclesiam offenderet inde eo et deinceps singulis annis Apulie reges vectigal pontifici
Romano p̄soluere consueverunt.

Gulielmū etiā Eremitā ordinis nostri virū vtiq; sanctissimū oliz aquitanic duce et pictauiensiu comi-
tem per hec quoq; tēpora in Hallijs virtutibus et miraculis clarū fuisse constat. Qui a primeno inuentu-
tis sue beato a Bernardo abbate sufficienter edoctus dum cunctis celsior haberetur: morte p̄oculis sibi
constituere voluit timentq; ne aliquando morte subitanea raperetur sp̄erit̄ seculi pompis in vastā Eremitū

secessit: et ibidem sub diui patris augustini regula perfectus christi seruus esse cepit. Factusque religiosus dei
ceps quoto in seculo altior in honoris cacumine fuerat tanto se humiliter sub conditoris sui regimine subdidit:
Et sicut antea insignis et loricator barbaros et hostes propulsare consueuerat: ita in deum quersus lorica su-
per nudum induens crebris orationibus: vigilijs: ieiunijs: disciplinisque corpus suum indefinenter affligere vo-
luit: Quibus armatus periculis hostes spirituales atque peccata colluctando superauit: hanc ob rem multi non
modo seculares: verum et eiusdem ordinis fratres atque alij priuati: quibus vite ipsius fama nota fuerat ad
eum confluebant: et tanquam bonum patrem et doctorem ordinisque restauratorem paruo adhuc sub tugurio boni ob-
seruabant discipuli. Quis cum cisterciensium ordinem in gallijs modico tempore plurimum auctum: ac maximo in precio
habitu: suumque eremitarum ordinem adeo in omnibus labefactum dirutumque atque vastatum: ut nulla qua-
si religionis facies in eo videretur. Collabentia namque videbat monasteria: collapsa oratoria: desertos or-
tulos: et quid plura: laborate prostratus omnium religiosorum caritate: et inopia ordinem offendit: ut nullum ser-
uare religionis inditium in eo videbatur. Ordinis itaque sui vir sanctus calamitate per motus animus ad in-
staurandum ipsum moreque religiosorum suorum componendos ita adiecit: ut breui conualescens ex multitu-
dine religiosorum ac monasteriorum a se restitutorum meliorem faciem ordo ipse eremitarum diui augusti-
ni in gallijs pre se tulerit. hanc ob rem ordo ipse ea in regione eum non modo patrem: verum etiam ordi-
s conditorem appellauit. unde et deinceps ordinis fratres non Augustini: sed gualielmite vulgo appellauit.
Hic itaque concessione Anastasij pontificis ac hadriani eius successoris relicta eremo ciuitates primus ex
eremitis incolere cepit: et primum monasterium apud parisijs sub mendicitatis titulo extruxit: quod etiam
carthusiensis frater in suo fasciculo temporum contestatus est. Huius autem precipuus Albertus gal-
lus fuit: Qui viuendi modum sua doctrina et vite sanctitate ordinem postmodum auxit: et rigore continuit
Hic siquidem Gualielmitarum titulus in gallijs vsque ad Innocentij quarti pontificis tempora perseuera-
uit. Verum eo mandante post habita eius denominatione: et omnibus diui patris Augustini eremitis ad
ciuitates vbique accersitis idem pontifex Innocentius: et successores omnes sub vno titulo eremitarum san-
cti Augustini appellari voluit atque precepit. Erunt forte qui a durato iam calcibus tramite exorbitent: et
clament me temerarium fore religiosum: eo quod presumam hoc in loco dicere ea que multis incognita sunt:
ut hunc patrem Gualielmum ordinis eremitarum diui Augustini fuisse fratrem dicere ausim. Sed si ipsi
veterum pontificum annales: et scripta (prout diligenti cura fecimus) perlegerint: nec dubito quin com-
periant me hoc in loco vbiunque vera dixisse: Qui si religiosi sunt: aut taceant: aut eos peniteat: aut certe
legant: cum inter alia crimen hoc minime deceat religiosum.

Hereticus vualdensium seu pauperum de lugduno per hoc ipsius tempus innotuit sumpsit: Cuius quidem auctor qui 1158
daz nomine vualdo lugdunensis ciuis fuit. Quis cum diues admodum haberetur opibus relictis et pauperibus
errogatis dyabolica quadam suasionem ductus euangelicam paupertatem omnimode obseruare statuit: vnde
de eorum idiota esset: quosdam vulgares libros cum quibusdam sanctorum dictis sibi conscribi fecit quos non
sane intelligens suo inflatus spiritu predicando sanctorum apostolorum officium sibi usurpare curauit. Con-
gregatis itaque innumerabilibus quasi discipulis multos et quidem pessimos errores disseminare cepit: pre-
latos scilicet ac clerum penitus aspernando monitus autem respondit obedire oportet deo magis quam homi-
nibus: et cum in suo sensu obduratus persisteret tandem veluti hereticissimus et contumax anathematis
vinculo innodatus patris propellitur: que res facta est in laqueum magnum et maximum scandalum simpli-
cioribus viris: adhuc autem multis in locis hec ipsa fatuitas viget.

Viri disciplinis excellentes.

Joannes carnotensis episcopus et beati Thomae cantuariensis familiarissimus: homo doctrina et eloque-
tia clarissimus: his temporibus in precio existens librum de Curialibus et philosophorum nugis composuit
Et etiam vitam ipsius beati Thomae accuratissime edidit: atque alia quadam ut vincentius gallus li. 29. re-
statu scripto mandauit.

Joannes etiam medicus Mesue filius: qui Mesue alterius fuit filius Hanech filij Bali filius Abdele
regis Bamafenorum et ipse hisdem temporibus in medendis langoribus clarus existens de Medicina
rum solituarum rectificatione librum scripsit. Alium quoque Anthidotarium: quem appellauit Erabadim edidit
insuper: et cum de curis morborum scribere orsus fuisset. Cumque a capite inchoasset scribens de mor-
bis cordis interijt: et manuum opus reliquit quod postea petrus Pponus patavinus: ut aiunt perfecit
An christianus iste fuerit ignotum habemus: et licet tanquam fidelis et bonus deum persepe appelleret. Quis
tamen in suis operibus christum nominat.

Joachin abbas calaber maxime doctrine: et excellentissimi ac prope diuini ingenij vir hac ipsa tempestate
apud Gualielmum regem: et calabros omnes clarus et inclytus fuit. Qui propheticum spiritum ut aiunt repletus futu-
ra quasi presentia differebat. Quis aliquando ab Orbone Augusto interrogatus quid sibi de expeditione sa-

racenorum sperandum esset: Respondit: mundum adesse tempus quo hierusalem recuperari posset: itaq; christicolos non valde profecturos: Hic cum plurimum eruditus esset nonnullos in sacris codicibus edidit commentarios: et quod maxime in apocalypsim: ubi et multa predixit: et potissimum de ordinibus mendicantium. Item contra Petrum lombardum Theologus doctissimus librum composuit: Qui etenim postea damnatus: et reprobatus fuit: sicut patet in principio libri decretalium. Alia quoque per pulchra scripro mandavit.

Pap. 179

1160




Alexander tertius papa natione senensis hoc anno mortuo Hadriano pontifice maximo a duobus et viginti presbyteris cardinalibus electus sedit annis vno et viginti: et diebus decem et novem: Vir certe strenuus: et excellentissimi animi insignitus: In cuius electione maxima in vrbe Roma seditio exorta est. Duo enim pontifices maximi constituti fuerunt: Quorum vnus hic: alter vero a tribus solummodo prophanatus cardinalibus Victor est appellatus. Qui inter se dissentientes Victor ad Federicum imperatorem: Alexander vero ad Eualuagium mediolanensem principem: et Philippum francorum: atque Henricum anglorum reges: ac alios italie principes confugit. Quam ob causam Federicus tres alios pontifices maximos creauit. Nam Victore pontifice mortuo primo Paschalem: post Calixtum: deinde Innocentium pontifices summos constituit: qui omnes in sua execratione pessima periere. Alexander itaque hic talibus: et tam continuis circumdatus seditionibus: quum etiam Federicus omnem ferme Romane ecclesie dictionem occupasset hortante Philippo francorum rege: et Huilhelmo sicilie rege strenuissimo ac potentissimo in transalpinam galliam contendit: Ubi et in claromonte concilio habito Federicum imperatorem: ac Victorem antipapam cum eorum complicibus scismaticis anathemate notauit. Qua propter Federicus turbatus destructis mediolano: alijsq; compluribus Italie vrbibus: enestigio in Germaniam concessit. Mortuo autem apud Lucas etburie vrbe Victore antipapa Euido cremensis a seditiosis subrogatur: et Paschalem appellant. Interiz autem Alexander ab amicis suis consulibus Romanis ex gallia renocatus: cisalpine Gallie populi in libertatis spem eriguntur: et in Federicum imperatorem seuisime imperantem arma statim suscipiunt: et eius perfidia ex munitionibus eiciunt. Quo audito Federicus rursus ex germanis cum magno exercitu in Ansoniam venit: et vlciscendi iniurias (vt ipse dicebat) occasione nactus in Romanam vrben rerum dominam mouet: Pro quo pontifex eius vires perborrescens post duram vrbis obsidionem: et horrendas vtriusq; partis cedas decimo septimo pontificatus sui anno coqui sui vestibus sumptis eo in habitu venetias profugit: et ad vine virginis de charitate monasterium paulo ante a Marco Juliano conditum profectus hic ab incolis recipitur: et Ostulo preficitur post aliquot vero menses cum quidam nomine Comodus cum ibidem agnouisset velut insensatus confestim ad Sebastianum Ducem accessit et silenter in vrbe Veneta adesse pontificem Romanus rettulit. Qui re cognita mox Senatum congregans cum omni apparatu ad pontificis diuersorium accessit: Compertoq; ibidem pontifice Romano in tali despecto habitu cum crucibus alijsq; solemnitatibus ad diui Marci templum cum omni gaudio et plausu primo produxerunt. Cumq; ibidem pontifex ante altare ex more confedisset ipsius principem et Senatum: ac omnes populum benedixit. Imperator vero audiens summum pontificem venetias adesse Ottonem filium suum cum armata classe ad reposcendum summum pontificem venetias misit. Cui Sebastianus Dux occurrens facto congressu: ipsum superauit et venetias vinctum perduxit. Otibus autem ad summum pontificem captiuus perductus eo procurante pax inter maximum pontificem et patrem augustum componitur altera vero que secuta est dies Federicus Venetias venit et pacem filio confectam hoc modo approbauit vt Rome et que dictionibus erant ecclesiastice summi pontifici redderet. Et quicquid ille pro perpetrata culpa iniungeret patienter perferret. Isto igitur federe inuito: Alexander summus pontifex confestim ad Ianuas templi diui Marci euangeliste accessit et ibidem vniuerso astante Imperatori iussit vt se humi prosterneret et veniam deuo postularet. At summus pontifex Cesaris Imperatoris collum pede comprimens: ait. Scripsum est. Super aspidem et Basiliscum ambulabis et conculcabis Leonem et Draconem. At Federicus: Non tibi inquit: sed Petro cui successor es pareas: Et summus pontifex respondit: et mihi. Et petro. Ac sic inter Imperatorem et summum pontificem pace composita. Ipse Imperator cum bona venia recedens constantiam se contulit atq; ibidem etiam pacis federa cum omnibus Romano Imperio subditis percussit: que pax Constantiana nuncupata est: ac pro lege habita apud nostros allegatur: abiens autem venetias summus pontifex: cum Huilhelmi Siculi regis triremibus tredecim et quatuor Venetis. Ob acceptam beneficium quibusdam gratijs venetorum Ducem atq; Senatum exornauit de quibus infra dicemus: cuiq; tertio hic pontifex Romas profectus esset prodente obuijs honoris gratia omni populo statim apud lateranum concilium celebrauit: tum maxime vt mores curie iam nimia licentia labefactos componeret: tum etiam ut alia ad Christianam Rempublicam necessaria constitueret. Quibus rebus gestis: Bn post longos labores quieturus speraret. Anno pontificatus sui primo et vigesimo die decimo nono Rome moritur: sublatis prius e medio quatuor scismaticis pontificibus: quoz seditionibus ecclesia Romana sere subuerfa est.

6359

Alexandria Cisalpine Gallie ciuitas hoc anno a Mediolanensibus: socijsq; ciuitatibus contra Papienses Imperatori fauentes communi conditur impensa: et ab Alexandro pontifice Alexandria appellatur. Hec enim inter Astensem urbem atq; Papiam apud Rouretum Tanaro amni adiacentem constituta est: Et Tanarus ipse fluvius ipsam quasi intersecat: Qui quidem fluvius exundans quandoq; ipsam perturbat. Condita igitur urbe ex consensu: consilioq; summi pontificis ad ipsam incolendam quindecim hominum milia ex conuicinis ciuitatibus statim missa fuere: quibus et uiridum diuisi sunt agri: atq; ad edificanduz partita sunt in urbe loca. Anno deinde quinto urbis condite: Alexander ipse pontifex: priuato prius Papiensi episcopo: palij et ferende crucis dignitate noue urbi episcopo dedit: Verum cum aliquando ipsi cines quidam insolentes episcopum interfecissent: per annos plurimos episcopo ipsa ciuitas caruit: ipsa quippe ciuitas nunc multis claris familiaribus clarissimis: in quibus adiunt uiri preclarissimi qui artes bellicam atq; leges cum gloria pertractant: Inter quas sunt Eualchi atq; Troiti nobiles celeberrimi.

Alexandria ciuitas Gallie Cisalpine.



ii6i

Mediolanum autem Metropolis et regia Cisalpine regionis ciuitas hoc anno post septem annorum obsidionis a Federico Imperatore capta innumerabilibus uiris ac mulieribus et paruulis in Germaniam transmissis solo funditus equatur: et ad perpetuam rei et facinoris memoriam aratruz semel huc atq; illuc iussu Imperatoris deducitur: et sal super spargitur. Spoliatis autem ciuium rebus Federicus ipse Imperator reliquuz populum extra urbem militario decimo habitare coegit. Rodulphus uero quidam tunc Coloniensis episcopus huic euerfioi presens cum imperatore assilens: et ipse trium matorum corpora que Eustorgius Mediolanensis episcopus et Constantinopoli iadiu transfulerat: rapuit: et secum cum gaudio ad ciuitatem suam: ut



ii62

Mediolanum ciuitas Metropolis.

Vincencius gallus testatur: transfulit. Eualuagnus autem Mediolanensium princeps paupost e compedibus Federici Imperatoris aufugiens in Italiam uenit: sinibus suis in unum collectis: urbem ab integro adiuantibus uicinis ciuitatibus: et Emanuele Brecoz impatore cum maxima gloria reposuit: atq; munivit. Similiter et Bordonam ciuitatem ab eodem Federico spoliata et diruta atq; successa ipse Eualuagnus uir optimus restituit: ac etiam apud Albiate oppidum potenter perpulchrum extruxit.

Secutiam pedemontium regionis tunc ciuitatem in Cinisij montis radicibus positam idem Federicus imperator dum ex Gallia in Italiam descenderet etiam uolens cepit: quam enim bonis omnibus spoliasset penitus diruit: Hec postea unquam in eandem ciuitatis dignitatem coaluit: Eius postmodum episcopatus propter ipsorum ciuium improbitatem in: Thaurinensem (ut aiunt) translatus est: Eo tamen in loco adhuc Castrum frequentissimum et munitissimum habetur ducibus Sabaudie submissum.


Secutia Pedemontium ciuitas.



ii63

Spoletum Umbroꝝ ciuitas.

Spoletū etiā Umbroꝝ celeberrima oli ciuitas
 e ipsa his tumultibus cū Alexandro pōtifici fauēt
 a Federico cesare iā tertio destruit̄ e vastat̄: ex q̄
 p̄mū sacris v̄ginibus oibus violatis oē hominū
 genus in fuitutē redigi p̄cepit: p̄mo nāq; theo
 doricus p̄mus Gothoꝝ rex cū ipsam diu tenuiss̄
 in ea āplissimas edes edificauit: e ipsam celeberrī
 mā reddidit: sed alij q̄ eidē regi successerūt: gothi
 easdē edes destruxerūt: ac etiā menibus euersis:
 tādē vacuā reliquerūt: quā tamē postea Marses
 Eunuchus destructis gothis demō refici fecit:
 atq; mādauit. Eā q̄ppe ciuitatē cū lōgobardi n̄si
 p̄bēdissent ob vrbis dignitatē ducē ac p̄ncipuz
 suoz sedē cōstituerūt: Post destructionē v̄o regni
 Lōgobardoꝝm stāte Ro. ecclesie felicitate thea
 trum fuit: Habet hec ipsa ciuitas inter cetera nūc arcem omnium Italie munitissimā: que e edificiorum
 pulchritudine p̄ter alios nuperrime/ vt vidimus/ a Dominico gentili ricio genuensi patricio: e comitis
 Hieronymi Riarij Sorozio ibidem p̄sidenti ornatissima reddita ē: Hanc q̄ppe antiquissimā fuisse con
 fiat: cum ipsam Linius libro vigesimo Coloniam a Romanis deductam fuisse scribat: ad quam cū Han
 nibal post transimeni laci pugnā peruenisset: ab ipsius vrbis ciuibus turpiter repulsus fuit: Habiuit ipsa
 ciuitas plures clarissimos in omni v̄tute e dignitate viros. ornatuz quoq; multis sanctorum martyrum
 ac confessorum reliquijs.



Crema aut oppidū nobilissimū atq; oium
 Italie frequētatissimū e p̄mariū diu aū odi
 tū tēpestate haca Federico isto cesare post
 afflictā diu ac laceratā virutāq; Cremonā i
 eius dānū obprobriūq; crexit: e muris arce
 q; p̄pe inexpugnabili: necnō e fossis muni
 uit: atq; edibus plurimū āplificauit: e culti
 us ipm reddidit: qd̄ pp̄ agri bonitatē multi
 ex cōvicinis ciuitatibus ac castellis ad ipm
 cōfluētēs celeberrimū reddiderunt: vnde e
 nostro seculo postq̄ id castrū: imo potius ci
 uitas i māus Venetoz deuēt tāto fulgore:
 e dignitate viroz illustriū: e edificioꝝ tam
 publicoz q̄ p̄uatoꝝ claruit: vt i tota Ita
 lia nemo illi par aut diuitijs aut vrbānitatē:
 aut populoz frequentia inueniatur.



Crema oppidum.

Almericus. s. ex n̄sia hierosolymozū Rex
 hoc anno Balduino fratri in regnū succedēs regnauit annis duodecim: Vir per omnia strēnus et mul
 to memoratu dignus: Qui p̄mo regni sui anno Broguntē Egyptioꝝm ducem in p̄lio: edita prius in
 genti cede diuinitus superauit: e Alexandriam eius regni sedem obsedit: Quam quidem Tiracunus sol
 dani turcoꝝm regis p̄fectus ipsi Soldano domino suo per fraudem/ ubtraxerat. Alexandrini autem
 cum nullo pacto christianis subijci vellent: Almerico tādē se hac cōditione cōmiserē: vt pulso Tyrāno in
 Soldani potestate per suas māus reducerent: Almerico itaq; hic ingenti pecunia p̄missa vrbē Solda
 no restituit. Sed cum pecuniam pactam non in integrum Soldanus p̄staret in eū ducēs carras nūc Lay
 rum vrbem potētissimā venit e ipsam diu obsedit: Qui quāuis spe potiunde vrbis non careret: accepta ite
 rum ingenti pecunia obsidionem soluit: mouens deinde in Ascalonem eam paulopost re infecta reliquit
 eo q̄ cōmeatibus indigeret: Bonum vero regressus non diu superuixit.

Guilielmus eius nominis secundus magni Guilielmi regis filius tertius Sicilie e Apulie rex hoc anno
 post patrem regnum accipiens regnauit annis vigintiquinq;: Vir quidem pacis e quietis amator: qui
 cum regnum suscepisset: audito Alexandri pontificis discrimine magnam statim pecuniarum vim: e tri
 remes duas paratissimas eidem misit: quas ingressus pontifex salutem sibi fuga per Tyberim quesuit:
 Inde q; maxima classe comparata contra Turcos Latinis in Asiam infensos traiciens omnia per
 turbauit: e Thessalonicam Macedonie ciuitatem eis substulit: Ac multas Grecie e Thracie vrbes va
 rijs quidem calamitatibus affectas partim cepit: partimq; diripuit: nusquam Andronico imperatore

1165

1166

1168

eorum occurrere: Ipo autē Andronico deinde sublato: et pace cū Isaac eius successore firmata mox cū quadraginta tribus milibus cū Conrado Abonisserati marchione in Syriam traiecit: Quibus presidij ad iutus Almericus rex turcos maxima illata clade superavit et profligavit: Inde Tyrū movēs Saladinus Egypti regē urbē turpiter obsidentē repulit: ac ita mari pacato proficiscētibus in asiā christianis omnifariā annona misit: ac post paucos dies vir xpianissimus panormi sine filijs masculis defecit: relicta tātummodo Constantia filia monacha de qua mox dicemus.

Sebastianus Janus secundus et quadragesimus venetorum dux hoc anno Vitali Michaeli duci successus ducavit annis. 7. Vir certe sapia: probitate: religioe ac fortitudine insignitus: q magistru suscepto statim pdecessoris sui homicidas aduersus ē: Inde cū Federico Cesare ob summi potestatis Romani tutelaz et defensionē durū satis suscepit bellū: et cū ingenti gloria cōfecit: quia vniuersam Federici classem pfligauit: et Ethonē eius filiū in plio cepit: et Venetias ad potestatiē captiuū perduxit: Quoz interuentu et prudentia pax postea: vt premissum ē inter impatorē et potestatiē cōfecta fuit. Et potestex ipse Romaz redijt: ob cuius beneficiū potestex ipse ipi Sebastiano duci et eius successoribus ac senatui suo veneto hec ipsa donaria: seu pūilegia cōcessit. Et pmo qdem funale cādudū quod solis potestibus Ro. potestati cōsuetudo concedit eidem largitus ē. Itē q plūbo eoz epistolas sigillare deinceps possent: qd tātz summis potestibus licitum erat. Tertio eidē pncipi Umbellaz cōcessit: que ē ornāmētū galero p simile: Quarto venetoz pncipi tertiam sedē in teatro Ro. fieri fecit: cū prius due tantū in pape teatro sedes eēt: quarū dexterā ponti. sūmus: sinistra vero Cesar teneret. Demū in ascensione dñi nostri Iesu xpi venetis in tēplo bñssimi Marci euāgeliste indulgētiā plenariā ppetuo duraturā cōcessit: q vsq; in pñs cū magna solēnitate et populozū cōcursu pdurat. Quinto ipi duci octo vexilla sericea dincorū colorum obtulit. Sexto deniq; ccreū albū eidē pdonauit: q oia Venetijs i palacio sancti Marci ppulebre depicta hñtur. Veniq; Sebastianus hic. 6. annis magistratu completis in languorē decidit: et tandē deuotione cōmotus in monasterio diui Georgij maioris se deferri precepit: vbi et post aliquot menses relictis ibidem plurimis diuitijs et fundis e vita feliciter migravit: vbi et sepulchro marmoreo quod sibi vñs in claustro construxerat sepultus iacet.

ii71

Saladinus Egypti rex hoc anno Mozandino sarraceno rege defuncto eius loco tanq vir fortissimus et strēnus ab oibus surrogatus regnavit ānis. 16. Hic magistratu atq; regno suscepto statim ptra egyptiorum regem in bello pcessit: Quo tādē capto et occiso vniuersaz Egyptū et Syriā oēm conquisit et suo imperio adiecit. Deinde in xpianos movēs: pmo et secūdo plio a Balduino rege leproso superatur aut fugatur: Verū compatis denuo copijs ē Emanuelē grecoz regē mouet: que et simulata fuga aliquādo in angustas cōualles ptabēs tādē supat et capit: Cuius victoria elatus factus cōtra xpianos de hierosolymitāo regno cōtendētes cū maximo exercitu processit: quā tandē post maximā xpianoz stragē cū vniuerso eius regno cepit: et de ea triūphauit: Iham nāq; ciuitatē sanctā xpiani reges post Hottifredū regē p ānos octo et octoginta cū magna gloria possederāt: Hic qppe Saladinus clarissimus fuit: cui nll aliud ad summā defuit laudem nisi christiā nois character: Qui moriens tādē mandauit in sui funeris trophcum tale ante corpus suū deferri spectaculum videlicet pānū nigrum in lancea suspensum: cui precederet prece clamans. Saladinus Alie totius domitor ex tanto regno tantisq; opibus moriens nil aliud secum defert.

ii72

Soles tres hoc āno nonis septēbris in occidentē simul visi sunt. Et post duas horas ceteris deficientibusq; medius fuerat solus occidit. Similiq; modo. pximis ānis tres lūe apparere. Terremotus etiā circa hoc tēpus pluribus annis nōnullas quassauere puincias: et pmaxime Syriam atq; Ciliciam in qbus multe vrbes diu nutarunt: quedamq; cum magna populozum strage corruerunt.

ii73

Baldunus eius nois. 4. Almerici supioris regis filius septimus ex nostris hierosolymoz rex postpiz regnavit in Hierusalē ānis. 6. Hic integer in oibus fuit: q lz uehemētī laboraret lepre morbo: regnū in cōstantissime ac prudētissime gubernauit: Et inter cetera sua facinora Saladinū pdictū regē virū fortissimū duobus denicit prelijs: vno. s. apud Ascalonē: altero apud Tyberiadē: et quoad vixit cū intra limites suos cōtinuit: Hic vxorē nullam ppter lepram ducere potuit: Sed cū duas sorores haberet: pma natu maiorē nomine Sibyllam totius regni heredē constituit: et Gulielmo cognomēto Logaspata Adōtisserati Abarchionis filio vxorem dedit: ex quo vñū tantum genuit filium noie sile Baldunū. Ipse autem Gulielmus gener iussu socii sui multa atq; preclara cōtra sarracenos gessit facinora: Sed suscepta vxore paulopost aeris intemperie e vita migravit: relicto filio Balduino parvulo superstite.

ii73

Philippus Francoz rex Ludouici supioris regis filius: hoc āno post patrē Francis regnare cepit: et regnavit annis. 4. De isto multa atq; pclara Vincētius gallus lib. 29. disseruit. Hic itaq; regno suscepto cum audisset Hierosolymā a Saladino fuisse captam: Clemente potestice Romano admonēte cū multis christianozū pncipibus Syriam adnauigauit. Cūq; Ptolomaidē vna cū Ricardo Angloz rege se recepisset: ac inde hierosolymā repetituri eēt: ambo de hierosolymozū regno cōtendere ceperūt. Demū Phippus hic indignatiōe cōmotus simulata infirmitate in Europam dimisso Ricardo regressus est: vbi in regnum suum introgressus reliquū vite sue tēpus in pace et sanctimonia consumpsit. Serūt historie hūc Phippū religiosoz oratōibus miraculose fuisse natū: qd cū Ludouicus pater iam sexagenarius liberis careret vniuersis populis: et pmaxie religiosus regni sui precepit: vt dñm istāter deprecant: qtinuo sibi filium et regni successorem cōcedere dignaretur: quo facto sequenti anno hunc Phippū genuit filium.

ii79

Henricus aut̄ Anglor̄ rex Vir vtiq; str̄nuus hoc ip̄o āno teste Vincentio gallo diē obiit: Cui cū ali quādo beati Thome archiepi cātuariēsis mors imputaret: mox oratores ad Alexādrū p̄tificē Romā ad se purgādum misit: Quibus cū p̄t̄ifex nō facile crederet duos cardiales ad rē diligētius inuestigādaz i Angliā misit: qbus rex dimisso hibernico bello quo erat itentus honorif̄ gra apud Mozmadiam occur rit. Reg; discussa ad hoc v̄tū est: vt Henricus cū nō satis cōstaret de facto: iuramēto se purgaret: p̄mi sit tamē aliquā penitētiam agere de ip̄ius sancti viri nece. Cuius r̄si insons atq; nescius fuisset: occasio nem tamē aliquā prestuisse visus fuit: q̄ illum vivētē nō honorauit. Additū ē preterea ei: vt ducētos mī lites hierosolymā mitteret: q̄ suis auspicijs suaq; impēsa per ānū p̄tra sarracenos ibidē dimicarent: vtq; ip̄e triēnio cū quāto posset exercitu cōtra barbaros bellū gereret: libertatemq; ecclesiasticā in suo regno tueret appellatiōibus ad curiā Ro. factis nō aduersaret: qbus iureiurādo firmat̄ anglici regni titulum i se suosq; heredes trāsserri meruit. Hic factum est vt anglici reges a Ro. p̄t̄ifice regni iura recognoscāt.

Laurus maripetrus. 43. venetorum dux Sebastiano dn̄ce hoc anno oīum bonoz; suffragijs suffectus
1180
ducauit annis. 14. Vir qdē optimus magniq; cōsilij: ac tāto magfatu dignissimus: q̄ Henricum Bādū lum virū str̄nuum p̄pter violatum a grecis iusgentium ad Emanuelē eoz; ip̄eratore legatū misit: quē scele stus ip̄eratoz; grecoz; vsus maleficio captū tandū candētia enea ispicere coegit quoad oculoꝝ acieꝝ amī teret. Expropter isens; et turbati veneti cū galloꝝum copijs iuncti ip̄erium et Cōstantiopolē vr̄bē grecis su stulerunt: qbus oibus bene a se gestis: cū Laurus hic soli deo deseruire cupet magfatu a se abdicauit: et i monasterio sancte crucis intravit: et religiōis hūꝝ susceperit: atq; ibidez in oī scitat̄ ope vsq; ad mortem per seueravit: vbi et tandem plenus bonis operibus in pace quieuit.

Alexius Emanuels grecoꝝ ip̄eratoꝝ filius hoc anno patre defuncto in ip̄erūꝝ: lz adolescētulus suc cedens ip̄eravit annis. 4. Huic autē pater p̄pter adolescentiā Andronicum quendam grecūꝝ regia stirpe progenitum tutorem dedit: q̄ per aliquot annos imperiū sapienter et cum summa laude admistravit: Cu ius ēt intuitu Philippus predictus Francoz; rex Agnetem filiam adolescenti vxorem dedit: Verum vt hūana affolēt cupiditas post alqđ ip̄s Andronicus cum videret latinos propter affinitatem puero fa cere celo commotus latinos pepulit: et puerum in vndis necauit: ac constantinopolitanum imperium sibi vsurpauit: ac p̄marios q̄ in vr̄be erant ciues omnes interfecit.

Cicinus eius nois tertius papa natiōe Lucanus post Alexādrum p̄tificē sedit ānis quattuor et mē 6381
sibus duobus. Hic autē optimus vir pontificatu suscepto: cum consuluz nomen e Romana repu blica abolere anniteretur ab vr̄be eiectus est: atq; eius fautoribus Romani in seditionez v̄rsi oculoꝝ effudere. Unde pontifex Veronā veniēs ibidem propter acceptā tam insignem a Romāis cō tumeliā habito cōsilio et ip̄oz;um licentiā improbanit: et p̄ncipes christianos adhortatus est vt nostris in asia pro fide Christi laborātibus succurrerēt: Bū autem pro hac re nūcij vltro citroq; mitterētur: ibidem p̄t̄ifex emoritur: et magna adhibita pompa ante altare cathedralis ecclesie sepelitur: hic Lucensibus su is a Federico ip̄eratoꝝ signandi pecuniam licentiam impetrauit: prout satis in Lucana ciuitate a nobis vt superius expressum est.

Terremotus atq; portēta multa hoc āno vbiq; ferme fuere ita vt Antiochia: et Tripolis atq; Damascus
1182
magna ex parte conuerint: Cathina etiam Sicilie ciuitas proꝝsus euerſa sit in qua circiter viginti homi num milia sint oppressa: In ea quoq; Sicilie insula contra aquarum naturam pelagus retrocessit: et homi num ferme qnq; milia absorbnit: In Italia insuper grandines oīs anserum grossiores cecidere

Hierosolymitane vr̄bis vltima captiuitas.

Euido insignans Sibylle Balduini regis leprosi sororis maritus: hoc anno mortuus Balduino et eius
1183
nepote Balduino paruulo Gulielm̄ Bonisferrati filio ex Sibylla ipsa suscepto octauo loco regnum sus ciuens regnavit annis duobus: Vinēte nāq; Balduino leproso: et Sibylla ip̄a ad secūdas nuptias cum isto Euidone translata Balduinus rex leprosus nepoti suo consulturus Euidoni isti ac Raymundo Tri politano principi tutelam dedit: hae tamen lege: vt quoad Balduinus paruulus pueritiā supergredere: regnum gubernaret: et postmodū ip̄i nepoti redderet: Sed Balduino sene defuncto Tripolitanus Co mes nō potuit p̄uert curam suscipere: Sibylla et Euidone prohibētibus: sed nec qdem diu superuixit pu er: quia octauo mense post auum mortuus est: cuius mortem tam diu mater occultauit donec largitiōibus et blanditijs in sui sententiam deductis patriarcha et proceribus Euidonem maritum creati regez obtinu it: Tulit eam rem grauit̄ Raymundus comes: Unde inter ipsos Euidonem scilicet et Raymundum maxime or̄te sunt dissensionē in qua Raymundus Soldano adherens maximum detrimētū Euido ni et reliquis Christianis acquisiuit. Quamobrem Saladinus predictus ingenti peditum et equitum exer citu comparato Ptolomaidem primo: Inde Aconem: Post Beritum et maritima omnia occupauit.

Postmodū in Ascalonem ducens ip̄am ad deditiōem coegit: captis Euidone et templi magistro: Ae rum qui in Ascalone presidio erant deditiōem his conditionibus fecerunt: vt ipsum Euidonem et tem pli magistrum redderent. Post hec Saladinus Hierosolymam veniens vr̄bem oppugnare: et quidem acriter cepit: Quam demum hi qui in presidio erant desperatione magis q̄ oppugnationum metu ad ducti ea quidem conditione deditiōem fecere: vt cum suppellectili: quam singuli humeris suis ferre possent: abire permitterētur. Facta est igitur hec deditiō secunda octobris die anno nono et octuagesimo:

postq̄ christianoꝝ eē cepat. Migrates itaq; christiani Heracliu patriarehā & clerum sacro agmine secuti sunt: & pars Antiochiā: pars vero Tyrū aut Alexandriam petijt: & inde in Sicilia qsq; traiecit. Saladinus itaq; hierosolymaz ingressus cāpanas p̄mū turribus deiecit: Dehinc basilicas oēs preter Salamōis templum prophanauit: quod priusq; ingrederetur aqua rosea lauit. Māscere tamē hierosolymis xp̄iā asia tici: syriani: armeni: iacobite: georgiani & greci vsq; in presens permittēte Saladino.



Vrbanus tertius papa natiōe Mediolanēsis patre Joāne gēte nobili Tribella natus hoc anno L. uicio p̄tifici suffectus sedit āno vno & mēsi bus q̄si vndecim: Qui q̄p̄mū p̄tificatū iniijt reuocare ad cōcordiam xp̄ianos p̄ncipes & q̄maxie in Asia amicus est. vñ p̄mo sui p̄tificatus āno compande classis grā ne hierosolyme caperētur: venetias venit: sed audita hierosolymoz captiuitate xp̄iāozūq; misia ex doloꝝ ai accepto i itinē ap̄d ferra. obiit: ibiq; sepultus fuit.

Pap. isi.

ii86

Andronicus aut grecus regia stirpe p̄creatus: hoc ēt anno Alexium impatorē suū adolefcentē interfecit: & ipse impiū vsurpauit: Nā idē adolescēs impator dū in aquis laxādi animi gratia paruo nauigio huc atq; illuc dilaberet: eū in mare precipitē dedit atq; necauit: Quo mortuo ipse assumpta purpura impiū vsurpauit: Quo occupato aliud facinus nō minus parūū priori addidit: quia omnes imperij proceres quozū v̄tutē suspectā habebat breui turpissima sustulit: morte: atq; alios multos nobiliores exilio damnauit: propter quod & dijs atq; hoibus odio plurimū haberi ceptus ē: Quāobrez cōstantinopolitani ciues necessitate cōpulsī Isaac quēdam etiā regia stirpe p̄creatū ad imperiū vocarunt: Qui statī fauentibus ciuibus Andronicum p̄elio superatum & captum varijs cruciatibus interfecit.

Coradus Bonifacij Bōtisserati marchionis filius hoc āno ex Italia in Syriā cōtra Saladinū profectus ab Isaac cōstantinopolitano impatore p̄maxima classe accepta in Saladinū duxit: atq; eius exercitū cū ingēti oāno & dedecore fudit atq; fugauit: Itidēq; in turcos facies multos eoz nobiles captiuos abduxit: Quāobcausam Bonifaciū eius patrē a barbaris ip̄is pridē captū: & vinculis cōiectū redimē mernit: Tādū deinde ibidē p̄ fide xp̄i pugnauit quoad vsq; vitā cū ingēti gloria exigit: Hic tamē vñ mali exempli pegit opus: vt Isabelā Balduini sorozē sibi affinitate coniūciā: cū Tyrī ap̄d eā agēt rapuit: & vt hierosolymitani regni titulos sibi ascribēt: cū ea iā alio viro in cōiugitū tradita cēt: mirimōialiter cōmiscuit.

ii87



Gregorius octauus papa genere Venetianus Urbano pontifici hoc anno summo omnium consensu pontifex suffectus sedit diebus tantūmodo quinquagintaseptem: Qui pontificatu inuito pari ardore cōtra Barbaros accēsus statim Pisas proficiscitur: vbi dum Venueses euz pisanis composuisset hanc eis legem imposuit: vt vterq; populus classē quātam possent cōgregarēt: & in Asiam pro christiana religioe tuenda p̄perarēt. Erat tunc etiam populus pisanus bello maritimo admodum potens. Sed dum hec ardentiori cura vir sanctus ageret p̄sill moritur: & ibidem cum luctu sepelitur.

Pap. is2.

ii88

Lemens tertius papa patre Joāne ciue Romāo natus postea p̄tificatū accipiēs sedit annis. 2. & diebus. 16. Hic ēt suscepto p̄tificatū cōfessi de bello in sarracenos ducēdo edictū p̄posuit. Postmo dū nōnulla edificia i vrbe extruxit & claustrū apud sanctū Laurētū extra muros edificauit: edesq; lateraneses vetustate collabētes nō mediocri impēsa restituit: & eius templum aduusu ope exornauit: Necnō & quorūdam clericozū mores probatos sua seueritate emendauit: Atq; cum Tacedo apulie tyranno bellum gessit. Tādē cū mortem obiisset in lateranēsi ecclesia cū ingēti pōpa sepelitur.

Pap. is5.

Bonifacius Bōtisserati marchio Coradi p̄dicti p̄ hoc āno a barbaroz captiuitate p̄ filiū liberatus post q̄ Thessalie regnū ob eius p̄stariā ab grecoꝝ impatore obtin uisset ab vniuersis christicolis i sanctā expeditionē pficiscētibus: absens vniuersalis impator cōi oiz cōsensu diligit. Cōuenērāt. n. innūerabiles Europe p̄ncipes a Clemēte papa excitati i vrbe Sanson vt armia p̄ xp̄iana religioe sumerēt: inter quos p̄cipui fuere p̄mo Federicus impator: Philippus Frācie rex Ricardus Anglie rex: Oddo Burgūdie dux cū innūerabilibus pene archiep̄is & ep̄is q̄busēt affuere veneti Venueses & pisani cū paratissima classe atq; Frisones & Dani ac Frandreses cū triremibus sexagintaduabus: hi oēs potētatus cōi cōsensu Bonifacium istū Thessalie regē gnālē sibi delegerūt impatorē & ducē q̄ in Syriā pficiscētes multas strages suo auspicio barbaris dedere: Vex mortuo Federico & iter philippū Frācoꝝ regē & Ricardū Angloꝝ regē dissensioe orta re infecta discesserunt. Attamen Bonifacius vir magnanimus & christianissimus vt cōtra barbaros perdurare posset Cretam insulam quam sibi Alexius grecoꝝ impator cōdonauerat: cū indi geret pecunijs illā suadetibus aicis venetis v̄didit: q̄bus pecunijs vin cōtra hostes dimicauit.

Tacedrus Siciliæ rex imo tyrānus hoc āno mortuo sine legitimo herede Gulielmo eius p̄ca p̄ceribus isule i eius loco sufficit: nec q̄tū regnauerit hēmus hic eū dānato coitu genitus fuisse regnū Siciliæ nō sibi: sed Ro. p̄tifici de iure debebat: pp̄ qd̄ Clemēs p̄dictus papa sua iura repetiturus statercopias suas eo misit: q̄bus dū Tacedrus resistēt oia rapinis & cedibus repleuit: Quāobrez mortuo Clemente Celestinus eius successor egre ferēs ip̄m tali regno potiri: hac astutia vsus Cōstantiā Gulielmi regis vnicā filiā e Panormitano mōasterio occulte traxit: eāq; lz p̄fessaz: hērico q̄nto vxorē dedit: hac v3 additioe vt Siciliæ regnum & vltra phaz dot̄ noie repetēt feudatario cōsui p̄tifici Ro. rebuato: q̄ audito p̄fessi hēricus p̄ditto nē acceptauit: & magno opato exercitū i Tacedrū duxit: p̄ q̄ re Tacedrus. 3. Neapoli se otulit & inclusit: i quā qd̄ciuitatē idē hēricus post mltā obsidionē ip̄z itfici fecit: lz eo mortuo Guliel. eius filius ei successit.

ii89

Petrus philargi natione cretensis ordinis minorum professor: et mediolanensium archiepiscopus: magnus quidem theologus: magnusque orator: et predicator: hisdem temporibus eas ob res maximo in precio vbiq; fuit: hic quippe ab adolescentia sua ordinem minorum ingressus: adeo parisiis liberalibus studiis et theologice discipline vacavit: ut breui et publicam scholam tenuerit: et in libros sententiarum docte et acute scriptauerit. Eaq; ob rem a Galeatio vicecomite nundum duce: qui doctis viris plurimum oblectabatur: accitus primarius in suis publicis et secretis consultationibus eum constituit: et eius prudentia arduis in rebus uti voluit: inde ipsius galeatii rogatu Bonifacius nonus papa eum vicentinus primo creauit episcopum. preterea loco mutato nouariensis: postremo mediolanensis archiepiscopus creatus fuit: Eoq; in titulo constitutus ad vinecliam nomine ipsius galeatii accessit: et ducatus titulus ab ipso vincislao imperatore per eundem galeatium obtinuit: Deinde: ut dictum est: ab Innocentio papa predicto cardinalis duodecim apostolorum creatus: tandem romanam pontificiam dignitatem adeptus: alexander quitus merito est appellatus.

Franciscus de regatijs patria cremonensis minorum etiam ordinis professor: bergomensis episcopus: eruditissimus theologus: et vtriusque iuris vir consultissimus per hec tempora et bononie et alibi: et quae maxime in constantiensi synodo ob eius doctrinam et elegantiam clarissimus fuit: et suae eruditionis experimentum fecit. Ob quas virtutes episcopus bergomi merito creatus fuit: quam quidem bergomensis ecclesiam quam per quatuor et 30. annos doctrina et exemplo optime gubernasset: tandem anno domini. 1437. quarto idus augusti vita functus apud sanctum franciscum ibidem maximis cum lacrimis sepellitur.

Paulus venetus ordinis eremitarum diui Augustini: et ipse theologorum ac philosophorum princeps necnon et disputator acerrimus hoc ipso tempore in vniuersa italia nominatissimus habitus est: eo quod cunctos dyalecticos philosophosque: ac suae eruditionis sine controuersia superauerit: ac etiam tanquam alter apollo. post se futuros philosophos suae sapientiae lacte nutruerit: qui nisi imatura morte praeventus fuisset omnes antecessores theologos philosophosque suo ingenio suisque scriptis superasset. At tamen in iuuentute ea quae subiecta sunt post se reliquit volumina. Et primo.

Super libros posteriorum: qui incipit: *Dis doctrina*

Sup librum porphirij: incipit: *Maxima et forti.*

Sup librum predicamentorum: *Querenti mihi.*

Super octauo physicorum: *Naturali philosophia.*

Sup sex methaphysice: *Tecum sapientissime repe.*

Sup alij sex methaphysice: *Ius dicit multiplex.*

Summa de naturalibus: *Plurimorum astrictus*

pulcherrimus. Sed et sermones multos ad clerum vix de sanctis: et de dominicis diebus: Ac quadragesimales miro ordine composuit. Tandem iuuenis satis moriens in sacristia sui ordinis sepulchro marmoreo sepellitur.

Super duobus de anima: incipit *Tanta litterarum*

Sup librum de generatione et corruptione: *Humanarum dinarumque.*

Super sequentis stodi: *Iesum deum et hominem.*

Summa in philosophia: *Colloquium in se.*

Logicam breuem: *Conspiciens.*

Scriptitque logicam magnam.

Atque contra cecitatem iudeorum *Tractatum edidit*

Bartholomeus de vrbino ipsius Eremitarum ordinis diligentissimus doctor et vrbinatus episcopus: hoc ipso tempore: et ipse clarus effulsit. Qui et si multa ediderit memoratu digna: illa in primis admiranda sunt atque stupenda: quibus tam diu patris Augustini *Hare quae Ambrosij* supernatauit flumen. Vtriusque eius doctoris singula dicta in *Alphabetum* redegit: et opus in vnum collectum *Abilleloquium* communi vocabulo appellauit. Aliud *Insuper* egregium et celeberrimum opus confecit: quod *De Spirituali bello* in titulauit.

Jordanis insuper alemanus eius instituti et religionis theologus: et ipse per hoc tempus ob ipsius doctrinam et multarum antiquitatum indagaciones: vniuerso ordini magno fuit in precio: qui inter cetera pulcherrimum quadragesimale edidit: et diffusam nostri ordinis apologiam condidit. *Apocalipsim*que pulchre explanauit. Ac sermones tractatusque et questiones diuersarum rerum post se scripto reliquit.

Jacobus quoque eiusdem ordinis excellentissimus theologus natione toletanus: hisdem temporibus floruit et vniuersam ferme scripturam sacrarum complanauit: et Sophogium composuit precellentissimum ad diuinam Sapientiam perquirendam suorum: quod quidem volumen quanti facinndum sit: multis epigrammatibus declaratur.

Petrus natione Italus ex oppido Bruniquelli egregius ordinis nostri doctor et ciuitatis nonne episcopus et ipse per hoc tempus Sententiarum libros exposuit: et omnia Salomonis opera complanauit. Atque *Biblia* ferme totam postillauit. Deinde illud diuinum opus in *Lucem* deduxit. In quo omnes noui et veteris testamenti historias ad Alphabeti ordinem redegit et ad singulas appropriauit materias.

Sabrinus fundulus patria Cremonensis: ex oppido Soncini ortus vir bello insignissimus atque formidabilis et astutus: hoc anno vgolino et Carolo ac alijs quibusdam *Lualcabobus* interfectis *Cremona* 1406 ne dominium sibi desumens regnauit annis viginti quatuor. *Vgolinus* enim *Lualcabos* vir nobilis ad iunctis sibi portionibus (ut supradictum est) mortuo Galeatio vicecomite *Mediolani* Duce: primus vrbem Cremonam ab eius obedientia alienare fecit: et ipsius vrbis dominatum sepositis portionibus occupauit: diffidensque urbem posse tueri: hunc Sabrinum virum acerrimum imperatorem sibi delegit: visoque ho-

minis ingenio ac strenuitate: Ugolinus ipse eius opera in bello et pace semper uti voluit: et hanc ob rem forniculorum et urbis prefecti non minus ipsi gabrino quam Ugolino parebant. Rebus igitur sic statibus spe occupandi dominij ductus: ut erat animo magno: hoc anno redeunte a lauda pompeiana urbe: que pro viginatensibus tenebatur: Ugolinum ad machastornā decem milibus ab urbe cremona distantem cum fratribus et cognatis interfecit: quibus interfectis concito gradu antequam res in urbe sciretur eorum aliquot militibus cremonā venit occupataque arce portisque omnibus munitis foris eorum armato milite ingreditur: et eorum quosdam vidisset suis conatibus velle obistere aut obruncavit aut urbe depulit. In pace itaque urbe adeptā ob ingenij et prudentie magnitudinem eius nomen magnopere extulit. Et quum esset excelsi animi et summe prudentie vir fluctuante per scismata ecclesia dei ad eum pontifex romanus et imperator tanquam ad principem magni consilij pro componendis rebus cremonas accessere. Quos reuerenter et splendidissime excipiens consilij optimus dedit de synodo apud constantiam celebrando pro qua vniuersa christi ecclesia ad sanitatem reducta fuit. Hunc denique philippus maris mediolani dux quum videret inter occupatores sui regni et prestantiorem: fortioeremque atque formidabilioerem: et callidioerem in recuperando suo regno non armis: sed suasionibus et promissionibus plurimis per crimignolam ducem suum primo sibi subegit. Sciebat enim dux ipse mediolanensis si istum vicisset et subegisset de alijs regulis seu tyrannis esse negocius: quod ita gestum est. Nam multas ab ipso acceptis pecunijs urbes cum vniuerso agro restituit. Dux autem eidem castellionum oppidum et quedam alia benignissime concessit. Verum postea (ut aiunt) cum multas in principem moliret insidias: tandem prodicione oldradi de lampugnano compatriis sui apud Richum oppidum agri cremonensis captus fuit: indeque mediolanum missus post longos carceris squalores in publico mediolanensi foro vniuerso astante populo ducis iussu capite pressus est. Ibi deus mapheo gambara preclaro brixienti ciue presidente et sententiam ferente.

Ioannes cognomento piceninus Caroli vicecomitis filius Bernabonis filij hoc anno tertio idus iunij abastino eius patrio defuncto ex brixiane urbis prefecto bergomea scepra suscepit: et duobus annis regnavit. Cuius quum dominatio admodum dura esset: et omnes nequitias senitiasque prolaberetur: ac etiam multos eius anarittia et violentis mulierum suarum concubitibus in dies offenderet: ita ira et odium bergomenis in se concitavit: ut tumultu concitato ipsius eorum vniuerso eius magistratu atque presidio urbe pelleretur. Quo pulso urbes eius in libertatem vendicarunt. Quas ob res facinus canis Joannis marie ducis imperator statim eorum magno exercitu in bergomenes agrus venit: et in bergomenis vindictas multas depopulationes et vastationes ac incendia fecit: et inter cetera vniuersas habitationes vrganis: colonis: et segetum oppidorum demoliri et coplanari precepit: atque arbores et vineas et segetes omnes per circuitum succedi mandavit.

Baleatus gonzaga invictissimus et fortissimus vir ac rei militaris scientia clarissimus: qui superiori anno Bucichalem gallum giganteum ingentis fortitudinis virum singulari certamine devicerat ac alia plurima atque preclara gesserat facinora: hoc anno .9. calendas Maii cum Mediolacum oppidum acriter expugnaret sagitta percussus statim spiritum emisit.

Papa. 214

1407



Gregorius eius nominis .ix. natione veneticus: Angelus corarius seu Cornarius antea vocatus patriarcha que Constantinopolitanus: hoc anno ex Cardinale sancti Marci Innocentio pontifici Rome susceptus: sedit annis .2. et mens. 7. Pontifex siquidem maxime severitatis et sanctimonie precipue reuerendus: qui pontificatu suscepto: iuxta obligationem factas iterato ad deponendum pontificatum se obligavit: si Benedicere qui alterum pontificatum in Gallia tenebat se quoque abdicaret. Cohortantes igitur in principio sese predicti pontifices et ad mutua abdicationem offerentes Saonam urbem ubi convenirent elegerunt: sed in conveniendo: se adinvicem illudentes maxima christianorum inculpatione maiorem divisionem concitauerunt. Qua prope ingens concilium pisis celebratum est. In quo gregorius hic et benedictus pontifices de collusionione accusati: ambo pontificatu privati sunt: et Alexander cretensis eligitur. Quo pontifice creato Gregorius quasi profugus Ariminum statimcessit: ubi et a Carolo malaesta urbis principe perbenigne exceptus est. Qui licet in pisano concilio exautoratus esset attamen tanquam verus pontifex dum luce moras faceret ex patrum Cardinalium consensu qui mundum ab eo discesserant Gabriele condemariu ex sorore nepotes creavit Cardinales: qui postea pontifex factus Eugenius quartus appellatus est. Hic tandem ad constantie concilium Carolo malaesta oratore misso: pontificatu se libere abdicavit pro qua libera abdicatione conventus omnis eum agri piceni legatum creavit: sed non multo post Recanati animi dolore defecit: ubi et honorifice conditus fuit.

6606

Ordo monachorum alborum: qui montis olimeri ordo nuncupatur: huius Scismatis temporibus: in Senesi agro a quibusdam nobilissimis senensibus initium sumpsit. Multi namque clarissimi senenses quos scismatum et bellicarum tedeat perturbatio spiritus sancti gratia inspirati: urbe vno die egressi non longe in montem: qui olim vetus appellatur: accessere: Ubi in vnum congregati et a curis mondialibus semoti tanquam cremite devotissime deo in orationibus et vigilijs: ac crebris ieiunijs deservire ceperunt. Quorum exemplo multi nobiles et adolescentes permoti desiderio celestis patrie ad eosdem confluxerunt: Quam ob rem incredibili fervore in dei servitio exerescere ceperunt. Quorum fama eorum ad pontificem pervenisset: principales ad se Romam vocavit: et eorum vivendi propositum diligenti examinatione intelligere voluit: Cognitisque eorum votis exclama-

uit dicens hanc plārationē esse diuinam nō humani consilij. Exhilaratusq; pontifex illoꝝ vitam et viuendi modum: sicut eozꝝ pꝛiuilegijs constare dicitur: q̄ libentissime cōprobauit. Et vt id diuinū opus ceptus stabilitatem suscipere: statim album habitum ad diue virginis marie reuerentiā cum regula beatissimi benedicti eisdem contulit: Quos maximis pꝛiuilegijs et gratijs communiens inter monachos diui benedicti annumerauit: et multa eis monasteria incolenda concessit.

Cordo nouus mendicantiꝝ sub diui hieronymi titulo presulante Innocentio septimo pontifice nuper defuncto ex tertio ordine serafici francisci a quodam Redo nomine montisgranelli comitem apud felsulanaz erbarie urbem primo excitatus est. Eius auteꝝ coadiutor hoc mihi in sancto opere Eualterus martius fuit. Et hi duo mire sanctitatis et integritatis viri huiusce regularis obseruatiē discipline fundatores et auctores fuerunt: et sanctissimis institutis tum doctrina atq; exemplo mirū modum erexerunt. Quem quidem ordinē Gregorius duodecimus iste pꝛiuilegijs approbans sub regula beatissimi patris augustini quo ad vota principalia apostolica auctoritate confirmauit. Eugenius deinde quartus vir vtiq; religiosissimus: et ipse eadem auctoritate additis alijs pꝛiuilegijs mendicantiꝝ iteꝝ approbauit: et confirmauit. Eisdem autem in memoriam pristini tertij ordinis religionis habitu griseam tunicam eꝝ clamys similiter grisea pro habitu concessit.

Cordo iteꝝ alius canonicus celestini habitus congregationis sancti georgij de alga apud venetias hisdem temporibus a reuerendo religiosissimoq; viro postea patriarcha Laurentio iustiniano atq; alijs viris religiosissimis primū incredibili seruoꝝ: et quadam mirabili vite austeritate initium sumpsit. Quas quidem congregationē seu ordinem idem Gregorius predictus quibusdā constitucionibus sibi datis sub pꝛia beati petri regula auctoritate apostolica confirmauit. Que statim et egregijs viris atq; doctissimis ac monasterijs mirū in modū creuit. Quorum de numero Antonius corarius Gregorij ipsius maximi pontificis nepos: et postea hostiensis cardinalis fuit: et Habriel postea Eugenius quartus: qui idem monasterium a principio paterna hereditate plurimū ampliauit et ditauit atq; exornauit. Cuius quoq; Antonius corarius ab inuente etate familiariter et religiosissime in eodem monasterio et religione diu vixit: atq; illum postea secum: licet recusantes: Romas duxit: Cuius ingenio et virtutibus delectatus Gregorius pmo thesaurus suus deinde senesceꝝ creauit episcopū: ac demū ambos promouit cardinales: In qua tamen dignitate constituti nulla in vitas pristina mutarunt: imo ordinem et congregationem ipsam omni quo potuerunt nitu adiuuerunt. Fuere et alij ea in congregatione successores viri vita et moribus preclarissimi: qui ipsam religionem et doctrina moribusq; at optimis exemplis pro virili sua illustrarunt: vꝝ Barinus quirinus egregius predicator verusq; beati petri apostoli imitator: et Abapheus constanenus venetus postea patriarcha atq; alij cō pluri: qui verbo et exemplo Religionē p viribus in orbē diffundere laborauerunt.

C Pandolphus Balatesta Balotti filius: Caroliq; Ariminensis principis frater: princeps inter ceteros sue etatis et fortitudine et omni splendore et claritate primarius: hisdem temporibus apud Joanne marie Mediolani Ducem imperator existens: Mediolanum occupare tentauit: que res cum ei ad votum non successisset Brixiam venit et urbem in suā potestatem redegit et in ea. 14. annis regnauit. Is. n. cū ipsius ducis Mediolani (ut dictū) moderator existeret: ut erat animo excellentissimo: aliquādo urbē ipsaz regiam p fraudē occupare tentauit: s; deprehensus atq; conuictus cauens sibi hoc ipso anno domesticis suis militibus sumptis: quasi venatū iturus vꝝ: begressus est: et Brixia sibi beniuolā celeri cursu petens: absente bastore vicecomite: urbē occupauit: et in suā potestate redegit. Undeq; proualiū tunc frequentatū oppidū accedens: ibidem bastorem ipsaz bernabouis vicecomitis ex filio nepotē vrbis pꝛetoreꝝ et vicedominum cōprehēdit: pro cuius liberatione: pallasolū tūc munitissimū castrū accepit. Et ut ceteris timoreꝝ incuteret: quosdā vicos et castella agri Brixiensis incendit et euertit: et quāmaxime predictū proualiū et coloniā oppida Brixia itaq; cū vniuerso eius agro in pace adeptā paulopost etiā bergomū ciuitatē nrāz: persoluta prius grādi pecunia: obtinuit. In quibus vrbibus ut erat aio generoso atq; splendido celeberrimas adhuc extātes edificauit edes. Et cū predictū tēpus inibi cū oī liberalitate et ciuū beniuolētia ac ebaritate regnasset: deniq; a Crimignola victoriosissimo philipparic ducis impatore dominio vtriusq; vrbis priuatus: i patriaz suā cū omni eius suppellectili armisq; ac equis ditissimus in pace accessit. Qui consignata urbē brixia recedens gallica cantilena suas ruinas deplorans: ad Carolum fratrem Ariminū petijt: et ibideꝝ reliquum vite sue tempus in pace et ocio consumpsit.

C Petrus Colconus: ex reuista nobiliq; Colconoz Bergomesium familia natus: hoc anno: cū a Joāne picenino vicecomite Bergomensiu dño esset hostis appellatus: urbē propellitur: et Mediolanū relegatur vbi post aliquot dies cōgregatis amicis et exulibus suis: noctu Triciū venies: oppidū adozitur et capit. Eo q; captor obrēto: vt erat aio liberalis atq; p hūianus statiz frater oēs affines pouocat et eos regni pꝛotes facit: Qui adepto regno simul post ingratitudine vsi: libidie dñandi ducti: postposito dei timore et fratna dilectione in eꝝ conspirauerūt: et obseruato tēpore: ipsū ludentē percusserunt: et crudelē imodū interire fecerunt. S; nec ipsi ingratissimi paricide optatū regnū possedrant: q; haud multo post a Crimignola Imperatore iussu philippi ducis turpiter pulsi fuerunt: ipse at petrus: Bartholomeū colconū postea vicecomitē et venetozꝝ impatorē post se reliquit filiū qui vt suo loco dicemus gallis multas tulit clades: et fluctuātia bella iter Franciscū Sfortiā Mediolani ducem et Senatū venetū optime sedauit.

1408

Joannes suardus bernomensium consul atq; dictator: quum superiori anno propter Joannis plecentii vicecomitis insolentias atq; tyrānides bergomuz vrbē suaz in libertatez potestategz suam veluti peculiu suum redegisset: hoc anno: i .4. cal. septēbris: vt erat ingenio preclarissimo atq; prouido: diffidens vrbē p se se tutari posse: ipsaz et cohortatibus amicis et consanguineis suis pandulpho malateste predicto multa pecunia vendidit: Qua uēdita confestim vrbē dimisit et reliquit: ac caz omnibus bonis suis et familia ad Joānē franciscū gozagā manūā perrexit: a quo benigne et reuerenter exceptus apud hostiliā oppidū mā tuanum eidē habitare cōcessit: vbi perturbationibus omnibus semotis vsq; ad mortē euz oī tranquillitate quietus fuit. Eaz eiz vrbē ideo vendidit: quia ex concessione Federici barbarosse imperatoris: qui ipsā clarissimā et honorabilem familiā ex theutonia in italiā perduxit: et ibidē noie suo perpetuo collocauit: et

Papa. 215

1409



ideo Joannes ipse tanq̄ iusuum illam alienare voluit. Alexander eius nois quintus papa natione cretensis petrus candianus antea vocatus ordinis 6608 minorū doctor celeberrimus: de quo supra diximus: hoc anno in scilio pisano Gregorio: Bn̄ dicto Boldrino pōtificibus abrogatis omnū cardinaliū consensu qui tum in eodez cōcilio ad erant pontifex creatus sedit men. 8. Eo autēz pontifice creato Gregorius (vt dictū est) ad carolum malatestam vna cū Leonardo arretino ariminū accessit. Benedictus vero in gallijs post

habitu cōciliū in castellū paniscole confugit: vbi diuicius imoratus etiā aliquos cardinales creauit. Alexander at factus pontifex: vt erat vir optimus: ecclesiā dei p̄ posse in pace continere studuit: Et merito quidē Alexander fuit appellatus: qa et liberalitate et ai magnitudine cū quo vis optimo pōtifice cōferri potuissz munificus eiz et q̄ maxime in paupes: vt pontifices decet fuit: et adeo munificus et profusus extitit: vt de mū pauprimus decesserit: vnde et per iocū interdū ipsuz dixisse tradūt: se diuicē pōtifice fuisse: pauperēq; cardinalē: et medicū papā: Et p̄pterea quū nil terrenū expeteret tāto fuit aio: vt Ladislaum regē potētissimū quē ecclesiā et eius dictionē diu vexauerat: i scilio pisano approbatibus patribus qui tunc aderāt regno priuauerit. Soluta itaq; concilio Alexander bononiā p̄fectus ē: vbi morbo cōtracto: quū ad extremaz horā venisset cōnocatis oibus cardinalibus eos oēs ad pacem: ad cōcordiā: et ad tuēdā ecclesiā dulcissimis verbis adhortatus. Quibus expletis lachrimatibus oibus qui aderāt: illud saluatoris verbū egre p̄ferēs inquit: Paces meā do vobis: pacem meā relinquo vobis: statim emisit spūz: et ibidē cū ingēti luctu et pōpa i in conuentu fratrum minorū sepellitur.

Ludouicus andagauēsis dux eius ludouici: quē cū carolo cōtēdisse de regno diximus posthumus filius hoc anno pisas veniens ab Alexandro papa regni apulie cōcessionē accepit: Qui: vt erat aio generoso confestim Romaz contra Adalislau cum exercitu perrexit: atq; cum eo etiam belthasar cossa legatus ex latere: Qui circa Romam cum maximis copijs statim faciens videns Adalislau cum magno exercitu vltra vrbem progredi non fuit ausus.

Papa. 216

1410



Ioannes eius nois .23. papa: natione neapolitanus: Belthasar cossa antea vocatus hoc anno predicto pontifice mortuo: Bononie papa creatus: sedit annis. 4. et men. x. Hūc nōnulli ferūt pontificatū potius violento: vsurpasse: q̄ liberis suffragijs assēpisse. Cū. n. bononie potius vt dīs q̄ legatus esset: magnoq; exercitū iparet: et p̄es pro nouo pontifice deligēdo ibidē cō 6609 uenissent: multa eis in terminatus ē: nisi pontificē sibi gratū eligissent: et ea causa multi produeti fuerūt: quoz neminē approbare voluit. Cū at obsecraret: ut quē velle significare dignaret

Bate: inquit in petri clamidē: et ego eā dabo pontifici futuro: quod cū factū fuisset: ille palliū humeris suis imponēs papa: ait ego sū. Que res quāuis patribus displicuisset: fronte tū sentētiāz abscondi consultus fuit boiem eiz terribilez atq; armatū irritare nō videbat vtile. Hac igitur arte Belthasar cossa: ut aiūt: pontificatū obtinuit. Erat eniz hic pontificij et ciuiliū Jurinuz peritissimus: et rex gerendaz experientia magis q̄ vite sanctimonia p̄ditus: Qui suscepto pontificatu dies aliquot Bononie substitit. Et postmodum Romā p̄fectus est: vbi contra vladislau Regē ditionē Ecclesie vexatē: paulū vrbis et Sfortiā atēdū lum militari peritia prestantes viros mercenarios conscripsit: quoz virtute post diuturnum variūq; cōflictū vladislau profligauit. Verum sequenti anno vladislau viribus reasumptis: iterato Joannē bello vexare cepit. Ea pp̄ pontifex timore correptus. Florentiā primo: postmodū Bononiā venit: et nō ita multo post Mantuā ad Joannē franciscū Bonzagaz p̄fectus est: ibidēq; et laude et Cremonē euz Sigisimū do Cesare et Habrino fundulo de pellendo vladislau qui Romā et multa ecclesie oppida occupauerat conuentuz habuit. Et dū hec Mantue agerentur. Joannes pontifex ad conciliū constantie oīum nationū cōsensu citatur: vbi multa ei mota a multis crimina obiecta sunt. Qui timens: statiz mutato habitu familiaq; clanculuz constantiā aufugit. Quo audito euestigio a concilio missis militibus comprehensus in insulā sancti Marci prope constantiā in carceribus coniectus est. Eoq; incarcerato: Conciliuz viros grauissimos doctosq; Judices delegit: qui fuge eaz diligenter exquirerēt: et crimina obiecta discernerent: eadēq; ex ordine referrent. Quare nō ipsuz. 40. et eo amplius capitula nō fidē xpianā: in eo p̄bata et iudicata fuerunt. Quibus criminibus. Joānes hic merito pontificatu ab vniuerso concilio deiectus ē. Et hanc quidē i se sniaz latā: ipse sui sceleris conscius cōprobauit: pro qua re ex cōcilij decreto: statim ad Ludouicū Buarie duce custodiēdus missus fuit: donec aliud de ipso decerneretur. Qui in aldeberga castello munitissimo per triennium eum conseruauit. Tandem eo in concilio Martini pontifex furrogatus: dum apud florentiam

existeret et rogaretur a Cosmo medice cine florentino. Baldefarem ipm a carceribus liberavit. Qui statim pter spem oibus admirantibus ad Martinum ipsuz florentia venit: et eius exosulato pede vt veru chri sti vicarium recognouit et salutavit. Martinus autez ea humilitate commotus post aliquot dies ipm i nu meru cardinalium asciscens euz Tusculanum creavit: quez postea eo honore habuit: quo reliquos cardina les: Veru post aliquot menses animi dolore: vt credi potest: florentie defecit: vbi et a Cosmo Medice amicissimo suo honorificentissimo sepulchro in diui Joannis Baptiste templo: magna adhibita funeris pompa sepultus est.

6610



Sigismundus Luciburgensis Caroli Boemoz olim regis filius Ungarie et Boemie rex hoc anno Joane potifice nuper creato papa procurate vigesimusquintus Germanozum Impera tor creatus imperavit annis vigintisepte. Vir qdem strenuus: et ad omnia fortiter perageda promptissimus: q casobres ab omnibus electozibus Cesar electus: statim Romiqz pro corona maximo cum comitatu venit: Et ab pontifice in coronato confestim vna cum eodem pontifice vniuersam ferme Cisalpinā Galliaz sedadi belli causa percurrit: Quibus gestis: vt erat impe rator christianissimus: cu tota christianā rempublicā propter scūmata labefactatā conspiceret: stati om nium nationū cōsensu Constantie conciliuz indixit: vbi Joane predicto Gregorio duodecio et Benedicto nono potificibus abrogatis: electoqz Martino gnto vniuersaz républicā christianā sua industria: suoqz maximo labore et consilio cōponere studuit: Quibus rebus ita ex sentētia cōpositis: Adores etiā tā secula rium q clericozuz nimia iā licētia labefactatos suo hortatu et virtute in meliorē reduxit formā: celo quoqz fidei succēsus Boemiā vsitarū heresi infectā multis in locis destruxit: Et pro christiana religioe ptra tur cos altosqz infideles inuictissimus expugnator fuit: ita vt quoaduixit: eos pprijs quiescere sedibus cōpu lit: atqz eos diuersis tēporibus p Philippū florentinū eqtem copiarū suarum imperatozē. xx. prelijs supe ravit. In seniu deniqz perductus hoc vnu gessit vtilitatis iudiciū q āno imperij sui vigesimo secundo ad stipendia Philippi vicecomitis ducis Mediolani a venetis vehemēter oppssi in Italia venit: Eā tamen ob cām: vt et ei auxilio foret ad coronā Augustalē iterato obtinendā: Philippi itaqz p̄ibus et pmissis atqz potētia fretus ex germania cū paruo exercitu ad eū in Lombardiā venit. Mediolanūqz igit ingressus: cū per aliquot mēses ibidē stetit philippi faciē vnq̄ videre pmeruit. Ip̄e aut Philippus huius Sigis mundi ipotētiā parvipēdens: se in Iouis castello clausit: et se nunq̄ ab eo aut videri aut audiri pmissit: qua ex re Cesar indignatus ex Parma vrbe in qua hyemē exegerat in Etruriā ad Senēses transfudit: a qui bus honorificentissime exceptus apud eos aliquot mēses exegit: Inde ad Eugeniū potificē Romā se cōfe rens ab eo rursus coronatus ē. Tandē Roma abies Ariminū petijt: Deinde p ferrariēsem agrū iter faci ens Adātū peruenit: vbi aliquot imoratus dies Joannē Franciscū gonzagā Adātne dominū marchiona li dignitate insigniuit. Demū cū venetis pace iecta: et Philippo duci: cuius grā in Italia venerat inimicis simus factus trasalpes emigravit: vbi no diu supuixit: qz trienio post in Ungariā senio cōfectus defecit: Erat. n. Sigismūsus hic (vt aiūt) vir inclitus decora ac p̄clara facie specioso atqz robusto et magno corpe magnitudineqz ai siue pace siue bello eximia liberalissimus quoqz ac in crogando profusus.

Sigismū
dus

14ii

Gabriel vicecomes Joānis Halcacij primi ducis Mediolani ex cōcubina filius: vir vtiqz cōspicuus atqz bello strēuus hoc anno innocētissime apud Vennā vrbe maritimā a Bucichale gallo p̄dicto genuētiū p̄fecto interficif: Nā post diuēditas florentinis p̄sas quā sibi pater in testamento erogauerat Mediola num statim venit: et sub germano suo duce se subiecit: Deinde cū nullum inter Francos et mediolanenses esset dissidiū: post aliquod tēpus Vennā vidende vrbis gratia petijt: Quo compro Bucichalus a delato ribus subornatus q ad sollicitadā civitatē contra gallos venisset: facile credidit: et vocatis militibus illuz comprehendere fecit: et sine vlla causa ipm carnificibus suis obrūcandum concessit: qui suscipientes euz sine vlla misericordia interfecerunt.

Ordo novus canoicoz regulariū bisidē ferme diebus dū p̄sis synodus h̄ret ap̄ Etruriā i lucēsi agro mōasterio Frisonarie oli ab illustri Adetbilda comitissa p̄dito a quodā fr̄e iacobo brixiao ordis p̄dicatoz sci B̄nici iūniū sūpsit: q qdē ordo cōgregatio frisonaria a loco ip̄o postea nūcupata fuit. Deide aucta et ab Eugēio p̄oti. i lateranēsi ecclesia deducta: lateranēsis nō frisonaria appellata ē: q cū maximū icremētū et vi rozū illustriū: et multoz locoz breui accepisset: potifices sūmi: et q̄maxie Euge. 4. sp̄ali p̄uilegio canoicis regularibus h̄ri Aug. aggregavit: hi nāqz canoici a p̄mo eoz auctore fr̄e iacobo ordis p̄dicatoz p̄fesso p̄ bitū clamidē nigrā cū nigro scapulari: biretoqz nigro sūpsere: et albo scapulari depoito camisiā lineā eius loco idnē voluerūt: q̄pobrē vulgo eos fr̄es dela cāisia p̄mo p̄gnoiauit: Cuius nomē cū celeberrimū p̄dica retur i eo doctissimi viri plurimi igressi sūt q eā cōgregationē seu ordinē v̄bo et exēplo atqz doctria plurimū auxerūt et cōseruauerūt: et cōplurimi fuerūt celeberrimi atqz eruditi viri: quoz igenijs mirūmodū ip̄a religio illustrata fuit: p̄cipuos tamē paulū veronēsem: et Thimothēū eius ex fratre nepotē vehementissi mū atqz efficacissimū dinoz elogoz suasozē existimo: q in oī Italia mirabilē fecit aīoz a vitijz ad virtu tes p̄mutationē: et postmodū obeius v̄tutes ragusinus factus fuerit archiep̄s: hūitqz et titū ferrariēse v̄z eruditissimū et i declamatōibz p̄dicatozē clarissimū atz altos plimos i oī doctria: eloq̄ntia et scimōia celebres.

Ordo item seu cōgregatio sancti Benedicti que sancte Justine vulgariter nuncupatur: hoc anno in pui cia Taruisana apud parauinam vrbez in monasterio sancte Justine eiusdē ordis primo per venerabilem

1412

virum Ludovicum Barbum patricium venetum initium seu reformationem accepit: vbiq; n. ipsa divi Benedicti religio a regularibus institutis deciderat: adeo vt nulla iam religionis facies in eo ordine videret: Sed Ludovicus ipse tanq̄ nouuz sidus vna cū Rolando parauino & Jacobo ticinēsi religiosissimi viri in eo refulsit: Qui nō modo suū ordinē denigratū illustrauit: & ad viā veritatis reduxit: Sed & primus omnium ordines omnes ad eā que nunc tantopere viget obseruātiā regularē perduxit: Quia eius exēplo religiosi omnes permoti taz mendicātes q̄ reliqui eidem subsequi qui pro viribus conati sunt. Ipsi itaq; viri p̄clarissimi atq; religiosissimi sue religiōis calamitate atq; ruina permoti: ibidez pontifice summo cōcedente sue obseruātiē fundamēta fecere: & ab eo Justine loco succrescēs: congregatio sancte Justine denominata est: que postmodum incredibiliter & viris p̄stāntissimis: & locis bonisq; tam tēporalibus q̄ spiritualibus exerescēs. Eugenius gloriosus p̄tōfex. 4. eam maximis priuilegijs & immunitatibus: ac locoz concessionibus plurimuz iunxit: Que nostro seculo quāto splēdore virorum religiosissimozum doctrina granitate & sapia venerādoz refulgeat: dicē nō attriet: cū in ea innumerabiles existant viri non modo iuriū civilis & pontificij: ac sacre theologie doctrina: sicut eozum decet professionem: abunde pleni: sed & eloquentia litterarū tam grecaruz q̄ latinaruz quoq; ornatissimi: Qui & si pauca scripserint: aut p̄pulo publice nō declamēt: tamē cum religiosissimi sint: & multis nō modo secularibus: sed etiam ipis religiosi obseruātibz vt stuti & saluti operā dent: suo exēplo & bonis & operibus pijs opem afferunt.

Ordō deniq; monachoz eremitarum diui Hieronymi: & ipse iam diu patrum institutis collapsus: hanc multo post a venerabili religioso Lupo hispalēsi ipsius ordinis generali preposito predictorum exēplo nouis & regularibus institutōibus: nouaq; regula ex dictis beati Hieronymi excepta instauratus est: nā Lupus idem & reliqui patres ipsius religiōis professores vsq; ad id tempus sub regula beati patris nostri Augustini militauerāt: Sed Lupus ipse patris sui diui Hieronymi cōsuetudine & monachoz sancte Justine exēplo ductus ad p̄peruū sui ordinis stabilitū: & ad meliōris vite frugem ad imitandamq; patris sui vitam: vt erat vir doctissimus pro institutiōe regule multa (vt p̄fertur) ex dictis eius excepsit: & in vnum regule corpus redegit: Quā quidem regulam postmodū Martino pape approbandam: confirmādamq; obtulit: quāz certe p̄tōfex ipse non modo laudauit: Verū etiam in monachalem obseruantiam confirmauit: Et deinceps loco regule beati Augustini obseruādā per apostolica scripta Lupo ipi preposito & successoribus eius omnibus mandauit. Cuius bulle principium est: Et si pro cunctozū Christi fideliz: Regula vero incipit. Fratres carissimi: nō que in mente concepī hec religio monachoz more qui sub regula beati Benedicti militāt: & ipa per omnia vivit: nisi q̄ grisco colore in indumentis & Romano officio vtiū: Magne quippe vite integritatis est: magnēq; opinionis in ecclesia dei existit.

Facinus canis vtoriosissimi nris copiarū mediolanēsum imperator natiōe Montisferatensis ex ciuitate sancti Enuasi ortus: hoc āno Joannemaria duce interfecto in mediolanēse regnū succedens regnavit tanq̄ tutor donec Philippus adoleuisset annis ferme duobus: vir q̄ppe magnanimus & prudentissimus ac in armis ab adolecētia exercitissimus: Quas obres multas strages & direptiones finitis pedemontanis dedit: Sic itaq; imperio suscepto: contra Pandulphū Malatestam statiz ducens: Brixianos & Bergomenses plurimis incursionibus & direptionibus ac vastatiōibus vexare cepit: nec a Cremonēsis q̄bus Habinnus Fundulus imperitabat q̄dem abstinuit: Sed cum hoc modo milites suos sine stipendio retinere velleret: quos ipse rapinis pascere consueuerat: multarum discordiarum & bellorū causa fuit: Verum paulo post iam cruce grandeuus: sine liberis locupletissimus deficiens: Biatē finā vxorem cordatam atq; magnanimiti mulierum omnium bonozum suozum reliquit heredem. Sunt tamē qui dicant hoc anno scilicet. i. 412. ipsam obiisse.

Otho tertius Parmensius Tyrannus: Vir quidem crudelissimus: truculentus & sanguineus: hoc ipso anno: qui est duodecimus supra. i. 400. postea q̄ multas cedes & crudelitates maxime in nobiles rubeorum familiam: ac alias sentias multas exercuerat: Ac etiam postea q̄ omnes circonuag; ciuitates direptionibus: depopulationibus: cōcremationibus & cedibus diu perturbasset: & quāmaxime Nicholauz Estensem Ferrarie Marchionē: cuius compater erat apud Ruberas agri Rhegensis oppidum ad colloquium spe componende pacis cum ipso compatre suo Nicholao pellectus a Sfortia Attendulo Cogniola ipso Nicholao Ferrarie Marchione iubente dignissime obruncatus est: Quo mortuo cum sui fugam arripuissent: Mutinenses ab eo plurimuz infensi: statim corpus suum in urbem detulerunt: & ab equis turpissime & ignominiosissime per totam urbem trahi fecerunt: & innumerabilibus iaculis confossum & laceratum: porcis tandem corrodendum obiecerunt. Fuit tamē hic bello strenuus: impetuossimusq; atq; acerrimus: & multa facinora strenue gesserat: & Nicholaum ipsum Estensem finitimum suum sui salute prostratum sepe coegerat anxia formidine trepidare. Et nisi ciuium suozum sanguine manus maculasset: fuisset certe omnibus illa etate oium iudicio p̄ferendus. Suo n. terrore Rhegiū lepidū urbē Nicholao ipi Estēsi abstulerat: & Ruberis interfectis Parmā p̄tyrānidē in suā potestates redegrat: Sed eo interfecto Rhegiū & parma deditibus se vltro ciuibz rursus in Nicholai estēsis māns deuenerē: Hūc ferūt aliquādo de placētie dñio cū Jacobo Arcellate cruentissimis armis cōiēdisse: q̄ in vindictā violatē fidei notā ipius Jacobi effigie: vt tūc moris erat: depictā quoadiuxit in scuto post terga p̄cedēis armigeri deferri fecit. Jacoboq; mortuo Otho eam effigiem depictam in parmensi foro cum pulsatione

capanarum et vetillissimis omnibus in populo congregato comburi iussit. Deinde collectos cineres in aperta capsula in eminentissima urbis turre collocavit: ut inde surgentibus ventis appositi cineres in omnem dispergerentur regionem.

T Joannes Laciis nobilis Bergomensium civis: et quorundam castellanorum agri Bergomensis dominus vir certe memoratu dignus: fidelis quidem: fortis magnanimus ac pudensissimus hisdem temporibus magnum sue fidei atque virtutis dedit experimentum. Homo enim Joannem Maria Mediolanensem ducem et Bergomi dominum: cum Pandolphus Malatesta Arriminensis Bergomum urbem suam cum universo ferme Bergomensis agro (ut premissus est) occupasset: Is Joannes vir fidelissimus in solédinalla castello suo se inclusit: et decem annorum obsidione intrepidus pertulit. Et Is Pandolphus eidem multas oblationes per internum eos obtulisset: multaque vana ac vastationes intulisset: nunquam propter iniuriam deditionem facere voluit. Denique cum philippum Maria Joannismarie ducis frater in regno successisset: et per Crimignolam imperatorem suum Bergomum et reliquas regni sui urbes repetere voluisset auxilio et fide huius Joannis: qui idem castellum conservaverat Bergomum haud multo labore recepit: Quod audiens philippus Maria Mediolanensis dux eius fide atque constantiam plurimum collaudavit: et in solacium suarum calamitatum ampla beneficia eidem contulit: et ea munificentia in eius usus est: quod immunitate omnium vectigalium eidem indulgit: ut his beneficiis suas clades et agrorum suorum vastationes subleuare possit: Huius autem preclarissimi viri plurima referunt strenue gesta: que brevitati studere omittimus: Huius autem pater fuit Petrus in armis exercitus: qui fuit guiscardus Lancij viri incliti filius: qui magistratus plurimos in tota ferme Italia irreprehensibiliter gessit: qui obiit circa annus domini. 1351. Obiit autem et Joannes hic anno a natali Christi. 1450. Sepultus vero in ecclesia nostra divi Augustini Bergomi sepulchro marmoreo relictus post se tribus filijs.

T Thomas Mocenicus sextus et sexagesimus venetorum dux: hoc anno Michaele Sten duce defuncto omnium suffragijs absens creatus dux ducavit annis decem et mensibus tribus. Hortus enim predecessore: iste Cremona apud Sabrinum fundulum orator erat: Sed dum de principe deligendo mentio habet et cur divinitus quasi uno ore creatus fuit tanquam magnanimus: grauisque ac modestus: Qui magistratu suscepto: cum videt et rempublicam suam ab Imperatore opprimi statim Carolum Malatestam bellice artis scientissimum copiarum suarum contra ipsius imperatoris delegit duces. Nam Sigismundus predictus cesar electus mox cum XII. egnum et octo peditum milibus in Italia (accipiente corone gratia) descenderat: et eos omnes in Venetiam mittens primo impetu Forum Julij cepit: et etiam Tarvisium oppugnavit. At Thomas hic reipublice solertissimus princeps et patronus Carolum ipsius opposuit: qui fuis et fugatis Cesaris copijs: subito cuncta deperdita cum ingenti virtute recuperavit: atque Veronam urbem quorundam civium perditione quasi perditam sua virtute: suaque prudentia in fide continuit: et sumpta de nocentibus pena eucligio omnia sedavit. Undeque classes non modicas in turcos mittens: de ipsis etiam non incrementum victoriam suscepit: et piratas multos ex equore fugavit. Postmodum contra Ungaros infestis bellum suscipiens: multas strages de illis edidit. Feruntur et alia plurima ipsius facinorae strenue gesta: que brevitati studentes omittimus. Moriens denique ibidem in predicatorum basilica cum ingenti populo sepulchro marmoreo sepelitur: ubi et hoc Epigramma scriptum habetur.

Hec brevis illustri moenica ab origine thoma
Magnanimum tenet vna ducem grauis iste modestus
Eternos ueneti titulos super astra locavit
Hic reuicrum tumidam deleuit in equore classem.

Oppida tarvisij: ceneti feltrique; redemit
Ungariam domuit: rabiè patriaque subegit.
Inde fori iulij catarum: spalatrūque traguram:
Equora piratis patefecit clausa peremptis

T Joanna eius nominis secunda Ladislai regis soror hoc anno sine liberis absumpto in Apulie regno eide succedens regnavit annis viginti uno: Hec mulier virilem animum in femineo corpore gerens inter varias regum lites multa aduersa forti animo pertulit. Nam primo cum adolescentula in regnum successisset: sedis amoribus diffamata fuit: et ut vidit tantam regni molem a se sustineri non posse: Jacobo Archie comiti denupsit: qui inter Balliarum princeps et genere et virtute primarius habebatur: Quae ut maritum et regem preter sui consensum agere in omnibus vidit: Indignata Joanna illum mox repudiavit: propter quod eucligio regnum diuisum est. Erant eo in regnibus eius dominatus nec gratus: nec ingratus esset: eo quod dignitates et regum nomen Joanna retinente ipsi summam rerum poterant. Erat et contra: qui aut Ludovicum Andagauie ducem placebant: adoptari in filium. Alij autem dicebant Alphonsum Aragonie regem potentissimum esse: in regnum vocandum. Atque ita cum multi reges et adoptione et armis eo in regno se arguebant digniores: Alphonsum tamen aragonensis rex contra omnes preualuit. Cumque in regnum introisset: Joanna sibi illum adoptavit in filium: Verumtamen ipse ingratitude usus haud multo post eam mortem suam Neapoli pepulit: receptaque rursum etiam interdum in urbis arcibus obsedit: eique quoaduixit multa intulit non retributione digna. Denique cum domini nostri Iesu christi anno. 1434. Joanna ipsa et Ludovicus Andagauensis dux in regno vite sine fecisset regnum omne duobus orbatu principibus multos animos perturbavit.

T Cocilius Constantie ad scisma tollendum: quod nouem et triginta annis perdurauerat: Sigismundi Cesaris iussu et industria hoc anno celebrari ceptum est: in quo quidem quinque aderant nationes. scilicet itali et galli

143

144

Germani: Hispani: & Angli quorum suffragiis omnes Concilij res geste sunt. Eo siquidem Joannes papa: licet inuitus pontificatu se abdicauit: & ad perpetuos carceres Concilij decreto apud Aldebergam germanie castellum damnatus est. Gregorius vero: qui in pisano concilio fuerat damnatus eo Carolum Malatestam legatum mittens sponte se abdicauit. Benedictus autem cognomento Boldrinus: quondam Galliarum Adulterinus papa: cum apud Catheloniam in Castello Paniscole munitissimo se contereret: Sequi verum Christi vicariū pitnaciter assereret: Tandem auctoritate Concilij rursus improbatus & damnatus est: In eo etiam Concilio hereses nonnullae: scilicet Joannis Vigles heresis damnata est: Duoq; ex discipulis eius exusti sunt: videlicet Joannes Hus: & Hieronymus eius condiscipulus: eo qd diceret iuxta Dulcinum Nouariensem heresiarcham mulieres communes esse debere: & ecclesiasticos ad imitationem christi omnino pauperes esse oportere: cū ex tanta diuitiarum copia populi scandalizentur. Cuius ibi quadriennio ferme ad tollendos scismaticos: & ad restituendam ecclesiam: necnō ad emendandos christianorum mores multi prelati: multiq; principes prestitissent: Tandem de eligendo nouo pontifice sermo inter omnes habitus est. Unde & concilij & Sigismundi imperatoris qui semper concilio aderat decreto statutū fuit: vt vnaqueq; natio sex probatos viros & deū timentes deligeret: qui vna cum dominis cardinalibus pontificem eligerent: Qui cōclauē ingressi p̄ter omniū spem: l3 multi scismatici cōclauē interessent: vnanimūter Ethonē colūnam Romanū: diaconū cardinalem tertio idus nouēbris in festiuitate beati Martini hora tertia pontificē creauerūt: Tantaq; inter oēs letitia & exultatio fuit: vt vix homines loq; possent: Statim autem Sigismundus imperator: ea electione gaudio repletus: nullo habito sue dignitatis respectu cōclauē ad patres ingressus ē: & gratias omnibus cum lachrymis egit: qd tātum virum: tamq; necessarium reipublice christiane prope extincte elegissent: & ante pontificem prostratus summa cum veneratiōe eius pedes exosculatus est. Cui potifex gratias agens ipm magnificē: qd sua opera: suaq; industria pax tādem ecclesie reddita eēt: His gestis cum per annū etiam ibidē conciliū prestitisset: & multa ad christianam religionē necessaria decreta fuissent tandem anno christi. 1418. cōcilium pontificis: imperatorisq; iussu dissolutū fuit: & omnes cum pace abiere.

1415

Philippus Maria Anglus tertius Mediolanensium dux Joannis Galeacij Ducis filius: hoc anno postea qd iū ante eius Joannes Maria Dux obruncatus fuisset post multorum tyrannidem in regnū paternum tandem restitutus regnavit annis triginta duobus & mēibus septem: Vir certe sapientissimus: magnanimusq; ac splendidissimus: necnō & totius Italiae decus atq; lumen: Qui principatu non sine difficultate adepto statim suo consilio: suaq; prudentia tyrannos omnes deiecit: & preclara facinora gessit. Itaq; Mediolanum tantūmodo in principio adeptus: Cum omnes sue ditionis ciuitates a tyrannis occuparentur ex procerum suorum concilio: Beatrisinam Facini Lanis relictam annosam duxit uxorem: A qua ingentem vim auri & argenti suscipiens mox exercitus magnos conseripit: Cui Martucuz quendam theutonicum virum in armis prestantissimū primo prefecit: Qui vt aiunt primo Angeli de la Pergula milio fuerat. Is igitur in magistratu constitutus primo suo congressu Comum duxit: vbi L. utheus Ruseba comes preerat: Qui viso exercitu sine vilo prelio conditione accepta urbem confestim reddidit. Inde q; discedens: cum exercitu Tricium peruenit: vbi morbo contracto: dum fluxu sanguinis laboraret Mediolanum delatus euestigio vite finem fecit. Eoq; mortuo Philippus Franciscum cognomēto Crimignolam eidem surrogauit: Qui licet humili loco natus esset: omnibus tamen in rebus preclarissimis euasit: Quo quidem preclaro viro si dux ipse Philippus vsq; ad mortem bene vti scinisset vniuersam italiam suo certe supposuisset Imperio: Ipse itaq; imperatoria dignitate ab ipso duce philippo suscepta confestim apud Tricium oppidum quod obsidebat pontem Abdue fluminis deiecit: & per totam hyemem Castellum illud munitissimū obsedit: & oppugnavit: Sed cum esset inexpugnabile tandem dato magno pondere Colconibus Bergomensibus qui illud occupauerant oppidum redemit: Eoq; potitus Placentiam cōmigravit: Eam enim vrbes Philippus Jacobi Arcellari filius per tyrannidem occupabat: Vir certe dei & sanctorum contemptor: qui post multas oppugnationes timore percussus nocte vrbe se deiciens ad Venetos confugit: vbi post aliquot menses patauij deficiens dixisse tradunt. En morior & cadauer meum Venetis: diuitias filijs animamq; diabolo relinquo. Expugnata igitur Placentia Crimignola itineribus quibus potuit concitus Laudum aduolauit: Atq; eandem urbem acerbissima obsidione aliquandiu fatigauit. Tandem confractis ciuium viribus Joannino Vignatense qui in ea vrbe dominabatur cum duobus filijs fugiente Crimignola urbem ingressus est: & ciues alloquens eos cum summa benignitate in Philippi gratiam recepit. Eoq; die Joannino Tyranno cum filijs in segete latitante comprehenso ad Crimignolam perductus est: Quo viso mox eius filios in conspectu suo: postmodum ipsum laqueo interire fecit. His gestis celeri cursu Cremonam petijt: Ac primis quasi congressibus omnia agri sui oppida sibi subiecit: Quapropter Habrinus fundulus videns sibi male succedere cum Philippo Duce per legatos pactum percussit: Urbemq; qui vsdam Castellis sibi reservatis quadraginta milium ducatorum auri pondo reddidit. Cum vero omnia hec ad votum Philippo Duci succederent: Joannes Jacobus Montisferrati Marchio extimescere cepit ipsius Ducis potentiam. Unde sibi consulens vltro Arcellas: Alexandriam & Astensem vrbes eidem restituit. Et non ita multo post

Crimignola Bergomū: & Brixiam Pandulpho Malateste ademit: Quibus etiam philippi successibus
Nicholaus Estensis Ferraricnsis marchio motus: facturus id ad quod armis cogi potuisset: Medio-
lanum profectus: parmam quam mortuo Orbone tertio obtinuerat: philippo restituit: terentio Rbegio:
phendi nomine. Addiditq; preterea ad paternam dominati onem Veniam potentissimam urbē ma-
ritimam: & alias ditionis ipsius Venne ciuitatē. Cumq; iam mari terraq; omnibus formidabilis esse ce-
pisset maiori compato exercitu Crimignolam in Foroluienses Imolensesq; miit: Quamobrē Floren-
tini eius potētiā veriti illū bellis laceffere ceperūt cōtra quos Crimignola apud Zuchanorā castellum
agri Fauentini cōfligens eos turpissime fudit & pfligauit. Idq; bellū a florēno populo vna cū venetis
susceptū vsq; ad huius philippi obitū & vltra vsq; ad annū domini. i. 454. perdurauit: infida tamē sinūq;
& insidiarū plena pace intercedente. Verū cū Crimignola: vt infra dicemus indignatus a philippo ad
venetos defecisset: fractis philippi rebus veneti Brixianā urbē per Crimignolā inuasere: & in sua pote-
statē deduxere: pace deinde sequenti āno Martino pōtifice auctore cū venetis facta Bergomū etiam cum
oppidis suis amisit: Verū tamē licet multis oppmēret belloꝝ turbinibus Joannā Apulic reginam ab Al-
phonso rege pulsam sua virtute & potētiā in regnū remisit. Quanta autē huius felicissimā & diuinā ppe-
mōdū pncipis fuerit ai magnitudo: ptaq; liberalitas: q̄taue magnificentia vel ex hoc apertissime intelli-
gi potest q̄ Alphonsū & Joannē reges ac Etruric sancti Jacobi magnū magistrū fratres cū alijs cētū prin-
cipibus atq; ducētos aurate militie egtes a genūētib; subditis suis captos & ad se perductos humanissi-
me suscepit: eosq; multis donatis muneribus patriā honorifice remisit: cū omne eoz regnū obtinere po-
tuerit: Tādē post innumerabilia bene gesta cecus factus anno a natiuitate xpi. i. 447. pflunio ventris cor-
reptus: idibus augustis hora secūda noctis nature cōcessit: nullis relictis sibi liberis nisi Blancamariam
filīā que ei postmodū in regnū successit. Eius autē corpus in maiori vrbis tēplo loco eminentiori sepultum
fuit. Eius autē morte tota ciuitas fletibus senioq; cōfecta ē: cū quid cōsiliū caperet nō satis nosset: Tu-
multuaria enim oīa statū fuerē: vehemētissime enim procelle exorte sunt: eo maxie q̄ oēs mediolanenses
publicā appetebāt libertatē: Hic duas vxores habuit: Biatresinā. s. Sacini canis oli vxorem: quaz postea
suspitiōe dānatam interire fecit: & Mariā Anedei Sabaudie ducis filīā: quāq; & virginem dimisit.

C Viri disciplinis excellentes.

C Laurētius Justinianus ordis Canonicoꝝ Celestini habitus: seu cōgregatiōis sancti Georgij de Alga
veneti: & venetus post. a patriarcha hac tēpitate venetijs tū religioē & vite sanctitate: tūq; diuina fere do-
ctrina maxio apud omnes fuit in precio: hic ab ipsa adolescētia post Martinū Quirino auunculū suū pa-
triciū venetū virū religiosissimū a deo vocatus religionē regulariū canonicoꝝ q̄ sancti Georgij de Alga
nūcupatur: calcatis opibus maximis & honoribus: atq; florētis etatis illecebris ad celestē militiā proficisci
voluit: Quā quidē religionē quāto splēdore sua vita: sua abstinentia: vigilijs & oronibus: suisq; doctrinis &
exēplis illustrauerit: Eius hystoria a Bernardo Justiniano eius nepote oratore clarissimo edita demon-
strat: Hic nāq; tū pauca a pceptore didicerit: adeo vt vix p̄ma elemēta pcepit: tamē cū scientia diuina im-
butus cēt. i. 4. librorum scripsit volumina & sermōes. 40. librorum autē tituli sunt isti: Lignū vite liber. i.
